Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
12 A
32 11

A

IOACHIMI HOPPERI PHRYSII IURECONSULTI, ΠΕΙΘΑΝΩΝ LIBRI QVINQVE, QVIBVS OMNES,

qui de obligationibus extant tituli in Inſtitutionibus Iuris Ciuilis, eleganter & dilucidè explicantur.

EIVSDEM PACTORVM, FOEnorum, & Solutionum, breues partitiones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



COLONIAE,

Apud Ioannem Birckmannum, & Wernerum Richwinum, Anno

M. D. LXIII

EX INSTITVTIONVM CIVILIVM LIBRO TERTIO, TITVLI HIS LIBRIS explicati.

1 De obligationibus. 14
2 Quibus modis re contrahitur obligatio. 15
3 De verborum obligationibus. 16
4 De duobus reis ſtipulandi & promittendi. 17
5 De ſtipulatione ſeruorum. 18
6 De diuiſione ſtipulationum. 19
7 De inutilibus ſtipulationibus. 20
8 De fideiuſſoribus. 21
9 De literarum obligatione. 22
10 De obligationibus ex conſenſu. 23
11 De emptione & venditione. 24
12 De locatione & conductione. 25
13 De ſocietate. 26
14 De mandato. 27
15 De obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur. 28

AMPLIS-

A 13 12 32

AMPLISSIMO VIRO, VIGLIO ZVICHEMO PHRYSIO, SVMMI CAESARIS CONSILII PRAEſidi, Iureconſulto Clariſsimo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IOACHIMVS HOPPERVS PHRYSIVS S.

COgitanti mihi,& in omnes Reipublicæ partes diligēter intuenti, permirum ſæpenumero videri ſolet ampliſsime Vigli, cur cùm optimè conſtitutam ab initio Rempublicam,& eam ſanctiſsimis probatiſsimiſq; legibus auctam ac fundatam habeamus: in tanta tamen rerum omnium confuſione, & ſi fas eſt dicere, tam diuinorum quàm humanarum perturbatiõe,

 verſemur.

verſemur. Sed, vt breuiter id quod
res eſt, fatear, quoties contra recor
dor, eam demum ciuitatem ſal-
uam et incolumem manere poſſe,
quæ iuris & legum ſuarum ſacro-
ſanctam poteſtatem, ſartam, tectam
conſeruat & integram: quotiesque
apud animum meum reputo, quan
ta hodie Iuris vniuerſi neglectio,
legumque contortio exſiſtat ab ijs
Iuris interpretibus, qui neque
philoſophicis doctrinis eruditi,
neque liberalibus ac politicis diſci
plinis imbuti, ad diuinum ciuilis
ſapientiæ ſtudium, idque ſine vlla
ratione ac ordine accedunt: tantū
abeſt, vt vlla me commoueat am-
pliùs de motibus Rerum puplica-
rū admiratio. vt etiā econtrariò ad
mirari incipiam, quomodo vel v-
num amplius veſtigium veræ ſa-
næque

næque Reipublicæ teneamus. Ve rũ id adeò nulla alia re, quam ſin gulari quodam Dei Optimi Ma ximi munere ac beneficio, fieri ex= iſtimo. Is enim collabentem, & ad interitum iam propè ſpectantem Rempublicam ſubleuare volens & reficere: prȩclaros quoſdã, nõ ita multis ab hinc annis, & eos di= uinos viros, quorum & tu magna pars es, excitauit, qui ſacroſanctas Reipublicæ noſtræ leges, partim ſophiſtarum tricis inuolutas, par= tim barbarorum aliquot hominum commentis tantum non deletas, in lucem denuo reuocarent, & in pri ſtinam ſuam dignitatem ac ſedem collocarent. Horum imprimis ope ra perfectum eſt, vt quæ prius o mni verborum expolitione nuda= ta, omniq; methodo ſpoliata, hor

rida iaceret & inculta iuriſprudẽtia: nunc contra elegans ac nitida incedat, & ſuis certis quibuſdam capitibus, & ratis ordinibus diſtincta, decurrat. Per hos factum eſt, vt quæ olim propter antiquitatis & verborum ignorationem, obſcura omnibus erãt in legibus noſtris & inacceſſa, nunc uice verſa, clara illuminataque reddita ſint & aperta. Idque tũ antiquis iuris authoribus & libris, tam Græcis quam Latinis in lucem prolatis: tum veteribus hiſtorijs ad ius pertinentibus, ex omni memoria repetitis: tum denique, diligenti legum inter ſe collatione, ac commoda rerum & apta tractatione propoſita. Et certe, aut me fallit animus, aut breui tempore futurum eſt vt vniuerſam hoc modo ciuilem

lem ſaptentiam, non ſolum vitijs ac ſordibus emaculatam, & integritati ſuæ reſtitutam habeamus: verum etiam, vt ad primas eam naturæ commendationes, primoſque adeò totius interioris philoſophiæ fontes, à quibus ortus ſui principatum ducit, reuocatam & accommodatam videamus. Illud tantum opus eſſe videtur, vt ingenui adoleſcentes, qui ad hęc præclara ſtudia ſe conferunt, ſtatim ab initio melioribus aſſueſcere, ac ad altiora quædam maioraque ſemper ſpectare ac aſpirare condoceſiant: vtque non antè conquieturos ſeſe apud animum ſuũ proponant, quam ad eam vſque facultatem peruenerint, quæ inanibus verborum contentionibus, quales fere hodie vigent, ſemotis

primam totius Iuriſprudentiæ ſpeciem ac formam, quæ χαρακτὴς Græcis dicitur, contineat, quaque inſtructi veteres illi Solones & Lycurgi, tales poſteris ſuis leges & reſpublicas, quales quotidie legimus & exoptamus, reliquerunt. Et profectò, quantum ad me attinet, hac ipſa ſola nuper ego re commotus, non inuitus paſſus ſum, dicam enim quod res eſt, tres libros de iuris arte meos, in manus hominum venire. In quibus autem quid & quantum ſim aſſecutus, aliorum eſto iudicium: hoc certe multorum annorũ ſtudijs & laboribus ſum ſecutus, nõ vt breuiarium aliquod iuris Romani aut epitomen conficerem ſed vt viam vniuerſe ac generatim alquam, ſi non plenè cumulateque perfectã

ſaltem

ſaltem extremis lineamentis adum bratam traderem, qua de vnaquaque, tum omnium vbique gentium, tum præcipuè iuris noſtri parte conſtitutioneque iudicari, & quibus rationibus ſuffulta ſit vel nõ ſit æſtimari poſſit. Sed iã quia ſic naturaliter euenit, vt ſine exẽplorũ lumine lentius diſputetur, vtq́; ea quæ generaliter dicta ſunt certis quibuſdam negotijs propoſitis illuſtrari, & ad ſpeciem redigi velint: non alienum inſtituto meo, mihi facturus viſus ſum, ſi poſt tractatam vniuerſam Iuriſprudẽtiam, ſimul etiam partem aliquam iuri ciuilis explicandam, & ad fontes ac principia ſua reuocandam examinandamque ſuſciperem: & quanta ſint, in altioris ſecretioriſq́; ſapientiæ, cum ea quæ communi
 eſt &

eſt & vulgaris coniunctione, poſita momenta, paucis demonſtrarem. Delegi ergo ad eam rem conficiendam, tractatum Inſtitutionũ ciuilium, de obligationibus, quem quidem totis iam ferme quatuor annis, iterum atq; iterum, publicè pariter & priuatim enarraui: idque eo potiſſimum voto ac conſilio, quòd is titulus ac tractatus. nõ alio modo inter viuos, quam quo ille qui de teſtamẽtis eſt, quẽ tu luculentisſimis ornaſti commentarijs, inter morientes, (libet enim te, licet breui ac modico nequeamus, tamen aliquo longè interuallo, ſubſequi) principem locum obtineat. Et ratio quidem ac via, quam in interpretando amplexus ſum, licet paulò alienior ſit & abhorrentior à communi ra-

tione ac uſu interpretum, eſt ta-
men vt confido eiuſmodi, vt tibi,
qui veterum magis iureconſul-
torum ſimplicitatem, quam recen-
tiorum multiplicitatem probare ſo
les, cuiuſq; ſolius iudicium vel a-
bundè mihi ſufficit, non ſit diſpli-
citura. Præciſis enim & amputatis
oībus ſuperfluis quæſtionibus, q
bus noſtri nimio opere delectati,
tū ipſas ferè leges negligētiùs tra
ctāt, tū in iis, in quas inquirūt quę
ſtionibus, propter ignorationē le-
gum, minus feliciter verſantur: in
illud ſolū incubui, quod ipſam rē
& cauſam contineat. Prætermiſsis
opinionū varietatibus, quibus vl
tro citro recitandis, chartas multi
ſuas implere ſolent: id tantum in
medium proponendum exiſtima-
ui, quod probabilius cōſtātiuſq;
dici

dici poſſe, videatur, Breuiter, rati aliquando periclitandum eſſe, vt ea pars interpretationis excolatur quæ gloſſis & interpretibns nonnihil omiſſis, ad ipſius tantum cõtextus educationem explicationemque contendit: quæ quidem, cùm ſit omnium interpretationum facilè princeps & domina, tamen ſola hactenus ſtudijs literiſq; noſtris legalibus abeſt: primũ id operã dedi, vt verbis enarratis, & eorũ obſcuris intelligentijs, ſi quãdo ſic vſus poſtulat, interpretatis, quidnã Iuſtinianus Imperator velit, intelligi poſſit, Deinde ſic nos collocauimus, vt non modò, quid ſit id quod proponatur, perſpici queat verũ etiam, vt repetitis altius cauſis rerum & fundamentis, ijſque ex intima penitus Iuriſprudentia

Phi-

Philoſophiaque deductis & eru-
tis, à quibus & πειθανῶν libro no-
men fecimus: cur & qua de cauſa
ſic dicat Imperator, (hoc enim per
rerum naturam ſecundum eſt) ex-
ponamus. Tertio tandem in hoc
elaborauimus, vt poſt præceptum
ac cognitum τὸ ὅτι & item τὸ διά τί
ſi qua porrò ſe offerant, obſcurio
ra iuris loca, quæ cum eo, quod
pręſens eſt, in ſpeciem diſsidere ac
pugnare videantur: vt inquam
ea, quanta poſsimus ſolertia dili-
gentiaque conciliemus, & ad vnã
concordiam ac conſonantiam re-
digamus: expoſitis inſuper ijs, vel
principium reſcriptis, vel cõſulto-
rum reſponſis, vel etiam interpre
tum nonnunquam quęſtionibus,
quæ cognitionem quandam & af
finitatem cum eo quod propoſitũ
eſt,

eſt, habere videātur. Sed hæc quidem de his hactenus. Iam autem, quod hos qualeſcunque labores noſtros, ad te Chariſsime Vigli miſſos, & ampliſsimo nomini tuo dedicatos volumus: ex eo fit, ꝙ multæ & propè innumerabiles cauſæ ſint, quæ id me facere cogāt & hortentur. Quia enim diuinus author Plato monet, vt ne vllum in vulgus ſcriptum edatur, quod non ei priùs, cui reipublicæ moderatio commiſſa eſt, examinandum exhibeatur: vtiq; manifeſtum eſt, non eſſe quenquam prorſus alium, cui ego potiùs quam tibi, qui propter ſummam, quæ in te eſt, probitatem, eruditionem, & eloquentiam ſummis in his prouinciis honoribus à Cæſare auctus es, lucubrationes meas offerre de

beam. Quia verò tanta tua eſt ad-
uerſum me priuatim humanitas,
qua me comprehendis, & liberali
tas, vt etiam precioſiſsimo biblio-
thecæ tuæ theſauro, Baſilico dico
Græco, manuſcripto & nunquam
edito libro, cum cõmentariis Græ
cis, me donaris: nemo eſt qui non
intelligit, ſic me tibi priuatim ob-
ſtrictum & obligatum eſſe, vt ſi-
ne nefario ſcelere prætermittere
non poſsim, quin omnibus modis
dem operam, quò, ſi non paria
cum tuis, ſaltem talia qualia res
meæ ferant, viciſsim rependam.
Illud ergo tantum ſupereſt quod
te rogem, ut hoc noſtrum quale-
cunque exiguum munuſculum
æqui bonique conſulas, & eo,
quo a nobis mittitur ac offer-
tur animo, hoc eſt amico ac bene-

neuolo, accipias, quod quidem te ita facturum etiam atque etiam confido, Nunc igitur ad inſtitutum.

IOACHIMI

IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSVLTI AD IVSTINIANVM DE OBLIGATIONIBVS ΠΕΙΘΑΝΩΝ

Liber Primus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De obligationibus.

NVNc tranſeamus ad obligationes. Obligatio eſt Iuris vinculum, quo neceſsitate adſtringimur, alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura. Omnium autem obligationum, ſumma diuiſio in duo genera diducitur: nanque aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ. Ciuiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ ſunt. Prætoriæ ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione cōſtituit, quæ etiam Honorariæ vocantur. Sequens di-

uiſio in quatuor ſpecies diuiditur. Aut enim ex contractu ſunt, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Prius eſt, vt de ijs, quę ex contractu ſunt, diſpiciamus. Harum ęquè quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu: de quibus ſingulis diſpiciamus.

TITVLVS.

a. argum. §. vni. ſup. de reb. cor poralib. & incorpor.

b. argum. tit. de act. & obligat. ff. & Cod.

AIt Imp. NVNC TRANSEAMVS AD OBLIGATIONES, Quia enim obligationes, neque rerū tantū ſunt, quod quidem nonnulli probant [a], neq; actionū, quod pleriq; [b] omnes: ſed cōmuniter, tū rerū, tum actionum: ordinarium eſt vt hoc loci de ijs exponatur. Hactenus quippe rerum ſunt, ſi commercia ſpectes & cōtractus: nam quemadmodùm in homine membra, tum articulis diſtincta, tū neruis colligata ſunt: ita rerū in republica,

tum

tum dominia diſcernuntur c, ad materiam diſcordiæ vitandam d: tum obligationes conſtituuntur, ad communicationem vltro citroque faciendam e. Hactenus verò actionum ac iudiciorum, ſi ad delicta & quaſi delicta te referas, quæ in libris digeſtorum alias in ciuilibus f, alias in criminalibus g iudicijs ponuntur. Nam de verborum obligationibus, vtique maneſeſtum eſt, ſtipulationes prætorias, actionum inſtar obtinere h: reliquas omnes, ad nullum alium vſum, quàm ad mercatum & negotiationem, (quod quidem de literis & chirographis nemo dubitat) comparatas eſſe. Vt iam interim illud omittam, quod vulgò traditur: Principem bona concedendo, etiam obligationes concedere i videri: & ex obligationibus, tanquam ex ſuis proprijs fontibus, actiones pleraſque omnes, oriri ac effloreſcere k. Pro illo, etſi non ita magna cum re, addubitatum ſcio, cur de OBLIGATIONIBVS potiùs, quàm de OBLIGATIONE titulus ſit compoſitus, Et eſt verũ, quemadmodùm Cicero de ſuis officijs, in Epiſtolis ad Atticum ſcribit, OBLIGATIONVM nomen, pleniùs ſonare,

c. l. i. ff. de vſu cap.
d. l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2.
e. l. j. ff. de contrah. emp.
f. vt. ff. ad. l. aquil.
g. vt. ff. de furt. de in iur. de vi bon. rapt.
h. actionis ff. de act. & obligat.
i. l. princeps ff de verb. ſign.
k. l. licet. § ca. ff. de procurat.

quàm OBLIGATIONIS: Cui & illud addi poteſt, quod Plato, in vim tantùm legis & definitionem inquiſituris, DE LEGE: Verùm de totius Reipub. morib' & inſtitutis tractaturis, DE LEGIBVS, Titulum præpoſuerit. Sed abeamus ad ipſius definitionis, & diuiſionis interpretationem.

DE OBLIGATIONIS definitione.

IMp. ait, OBLIGATIO EST IVRIS VINCVLVM, QVO NECESSITATE ADSTRINGIMVR, ALICVIVS REI SOLVENDAE, SECVNDVM NOSTRAE CIVITATIS IVRA. Demonſtratum eſt idoneo loco, definitionum iuris, alias eſſe ſimplices, vt quæ rei naturam tantùm explicent, qualis eſt Libertatis & Seruitutis: alias plenas & perfectas, vt quæ rei naturam ſimul & iuris Ciuilis approbationē complectantur, qualis eſt tutelæ, teſtamenti, nuptiarum. Iam autem hæc noſtra poſterioris eſt generis, videlicet in qua primum exponitur natura obligationis, per genus, & quatuor cauſas: pòſt

ſas:pôſt deinde verò,approbatio ciuilis, quæ modum & formã rebus naturalibus tribuit. Nam quod plerique omnes hîc ambigunt,naturaliſ ne an ciuilis obligatio definiatur,minùs doctam ſecundum Labeonem dubitationem habet, vtpote cùm omnium obligationum vna ſit & eadem natura,quatenus obligationis nomine continentur. Nam ea etiam cauſa factũ eſt, vt Trebatium [a], volentem approbare,aliam eſſe iuſtam, aliam iniuſtã poſſeſsionem,vir [b] ſummus Labeo (quẽ & Platonicum fuiſſe memoriæ proditũ eſt)reprehenderit, quoniam,inquit, in ſumma poſſeſsionis non multum intereſt,iuſtè quis,an iniuſtè poſsideat.Sed ad id quod inſtat. Quod ergo primò dicit Imp. OBLIGATIO EST VINCVLVM, genus ad quod refertur, ſignificat.Sunt enim eorum,quæ in iure verſantur,duo ſumma genera,ad quæ cuncta redigi & reuocari poſſunt.Vnum genus eſt, quo res ac perſonæ diſtinguũtur, & in ſuos ordines claſſeſq; reponuntur, veluti cũ de perſonarum diuiſione,de diſtinctione dominorũ tractatur.Alterum,quo ea quę diſtincta ſunt,mutuę opis & auxilij gratia connectuntur, & colligantur ite-

a. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.

b. l. 2. §. poſt hunc ff. de orig. Iur.

rum, vtpote, cùm de nuptijs et matrimonijs, de rebus communicandis participãdiſq́; tradit. Et eſt ipſius iuſtitiæ duplex quoq; munus, Vnũ quidẽ diſtributiõis, pro cuiuſq; dignitate ac merito: Alterũ verò cõmutationis, per quam alter alteri' ope ſubleuatur. Et ideò cũ dicit Imp. OBLIGATIO EST VINCVLVM, demonſtrat, ad illud eã genus pertinere, quod in perſonarum ac rerũ connexiõe colligationeq́ue verſatur: quo quidem fit, vt & nexus apud veteres dicatur, qua ſi ſcilicet hominum quædam mutua ſit inter ipſos obſtrictio, quæ vel à primordio naturæ cum ipſo animo [c] ingenerata, diuina dici poteſt, vel pactionibus [d] & ſtipulationibus conſtituta (de qua nos potiſsimùm tractabimus) quæ humana. Verbum IVRIS, primam continet differentiam, ab efficiente cauſa tractam. Nam is demum obligationis eſt reuera particeps, qui & iuris communionẽ habet, à qua quidẽ infantes, furioſi, prodigi, & alij nõnulli excluduntur [e]. Hincq́; adeò eſt, vt nomẽ obligationis, in his q̃ corporaliter & facto magis q̃ iure obſtrĩgunt, non ponatur: licet cęteroqui, earũ rerum quæ aſpectu ſentiuntur, & earum

c. l. ſeruus. ff. de ſer. export. l. vt vim. ff. de Iuſt. & Iur.

d. l. j. ff. de act.

e. l. pupillus. ff. de act. §. furioſus infrà de inutilibus ſtip. l. is cui. ff. de verb. obl.

quæ

quæ in rationem ac intelligentiam cadunt,quædam ſit analogia ſiue proportio.Iam quod ſubijcitur QVO NECESSITATE OBSTRINGIMVR, formam ipſam obligationis & propriam vim cõtinet,quæ ſubſtantiam ſuam habet,vt inquit [f] Paulus,in obſtringendo.Nã is demum verè debitor eſt,à quo etiam inuito exigi [g] poteſt.Prætereà NECESSITATIS vocabulũ remouet eas obligatiões, quæ liberalitate potiùs conſtant, quàm neceſsitate,cuiuſmodi eſt præcarium [h], obligatio ad renumerandum [i], cum alijs eiuſdem exẽpli. Itẽ ADSTRINGENDI vis & poteſtas tanta eſt,vt niſi diſſoluatur debitum,in neruum debitor ire, ſecundum Leges 12 tabularum, quæ lege Papyria de nexis nonnihil temperatæ ſunt,compellatur [k].Atque huic & illud porrò conſequens eſt,in perſonam obligationẽ propriè,non rem,conceptam eſſe,licet tamen ſine re non conſiſtat.Nã quod deinceps ſequitur , ALICVIVS REI,materiam eius denotat, & oſtendit nullum eſſe genus obligatiõis, quod ſine re, quæ dari fieríue aut præſtari debeat , vim vllam queat obtinere [l], ex quo fit, vt matrimonium , quod

f. l. obligationũ ſubſtantia. ff. de act.

g. l. debitor. ff. de verb. ſign.

h. l. interdictum. ff. de precar.

i. l. ſed etſi §. conſuluit. ff. de petit. hæred.

k. vi. hod. l. ob æs. C. de act. & obl.

l. l. nec emptio. ff. de contrah. empt.

alioqui vinculum quoddam eſt, in cauſam obligationis (quod tamen nonnulli malè putant) cadat. Nam quod vltimo tandem loco dicitur, SOLVENDAE, finem demonſtrat obligationis, cuius ſolius gratia, omnis contractus conſtituitur [m]. Et ideò licet quis in ea ſit conditione, vt neceſsitate quidẽ adſtringi poſſit, ad rem tradendam præſtandam úe, tamen ſi eam non ſoluere, ideſt, de ſuo noſtrum facere, ſed tanquam dominis nobis tradere teneatur, nõ poteſt rectè pro obligato cenſeri [m]. Atque hucuſque de naturali obligationis definitione, quæ genere conſtat & differentia, ex quatuor eius cauſsis petita. Quod iam porrò additur SECVNDVM NOSTRAE CIVITATIS IVRA, ciuilem approbationem & authoritatem ſignificat, qua deſcribitur, quo modo quęque obligatio, & quatenus obſtringat. Nam parum eſt ſecũdum naturam conſtitutum quid eſſe, niſi ſimul & ciuilis authoritas accedat, quæ formam illi & modum accommodet, ſecundum quam in populis exerceri, & ad effectum ſuum perduci poſſit. Sic eñ in matrimonio, quod ſine ambiguitate naturale eſt, tradit Legumlator

m. l. ſi in aera. ff. de condict. indeb.

ciuilis,

ciuilis, quomodo contrahi, conſeruari, ac diſſolui debeat. In tutelis, quomodo dari, geri, deponi, & reddi. In obligationibus quomodo conſtitui, diſtrahi, & exigi. Et hoc eſt, quod vult hæc clauſula, SECVNDVM NOSTRAE CIVITATIS IVRA, Quaſi ſcilicet obligatio per ſe q̃dem ſit vinculũ, quo neceſsitate adſtringimur, alicuius rei ſoluendæ: ſed quod eam adſtrictionem non pro noſtro arbitratu exercere poſsimus, ſed ſecundum noſtræ ciuitatis iura, quæ in quibuſdam cauſsis condictionibus iubent experiri, in quibuſdam arbitrijs, in quibuſdã forenſibus actionibus, tũ bonæ fidei, tum ſtricti iuris, in quibuſdam per retentionem vel compenſationem, in quibuſdã etiã per manum, & alijs deniq; atq; alijs modis, vt ſuis locis dicetur latiùs. Atque hæc quidem vera eſt, (niſi fallor) huius definitionis interpretatio, in qua poſt multas cõſultorũ varietates, acquieſco.

PRIOR DIVISIO OBligationis.

AIt Imp. OMNIVM, Cùm multæ ſint diuiſiones obligationũ, eas ſolũ (& quidẽ meritò) pſequitur híc

Imperator, quæ ab efficiente cauſſa exoriuntur, quę quidem in vniuerſum ſunt duæ: quarum vna iuris eſt, vt quæ à diuiſione iuris proficiſcatur, à quo vim & effectum accipit omnis obligatio: altera facti, vt quæ ab hominum actibus & negotijs, ſine quibus nihil agitur, ducta eſt. Nam etſi quædam ſint obligationes, quæ non hominũ ingenijs aut factis cõſtituuntur, ſed ab ipſa natura in animis noſtris collocãtur: qualis eſt quæ hominem obſtringet homini, tamẽ de his nihil tractatur ſub hoc Titulo. Quod ergo dicit Imp. OMNIVM AVTEM OBLIGATIONVM SVMMA DIVISIO IN DVO GENERA DIDVCITVR. NAMQVE AVT CIVILES SVNT, AVT PRAETORIAE, magnam habet rationẽ: Nam iura ciuitatis Romanę, quæ formã & authoritatem tribuunt obligationibus, vt iam dictum eſt, totidem ſummis, id eſt maximè diſtantibus, & inter ſe diuerſis, conſtant ſpeciebus: idq;, tum ex ipſius iuſtitiæ natura, quæ vel reſtricta eſt [a], vel benigna: tum ex Rerumpub. tẽperatione, quæ partim ſcriptis legibus cõſtat, partim viuis & loquẽtibus, vt inquit iurecõſultus [b], id eſt Magiſtratib⁹: qui

a. l. placuit. C. de Iud.
b. l. ius aũt eũ ſeq. ff. de. Iuſt. & Iur.

qui pro rerum & temporũ varietate tũc adiuuãt leges ſcriptas, nũc ſupplẽt, nunc corrigũt, nũc in aliã atq; aliã formã trãsfundũt. Nã quòd actionũ c, ſucceſsionũ, ſtipulationũ, tutelarum, aliæ Ciuili iure cõſiſtunt, aliæ tuitiõe Prætoris, ex ijſdẽ quoq; fontibus emanauit. Sed videam⁹ cur naturalis & ciuilis obligationis hîc nulla fiat mẽtio? Et eſt veritus, quantum ad noſtræ ciuitatis iura attinet, naturalẽ obligationẽ, pro nulla putari d, & ob id, ad cõputationẽ legitimarũ e nõ vocari. Licet tamẽ in quęſtionib⁹ iuris, & diſputationibus fori, ſæpè occurrat, vt naturalis tantũ poſſeſsionis f, filij g, obligatiõis h, demõſtrandi intellectus gratia, mẽtio inferatur. Illud quoq; ſcio tractatũ, cur in factũ actionis hoc loci nõ meminerit Imp. cùm Vlpian⁹ i debitorẽ appellet eũ, q aut ciuili iure, aut honorario, aut in factũ teneatur. Sed quoniã eorũ quę extra ordinaria ſunt, alia eſt ratio, quàm q̃ ordinaria: ſæpè fit, vt in diuidẽdis ordinarijs, extraordinaria, cuiuſmodi ſunt in factũ actiões, ſine vitio, & quidẽ maximè in his libris Inſtitutionum, prætermittãtur. Ait Imp. CIVILES SVNT, QVAE AVT LEGIBVS CONSTITVTAE, AVT

c. §. ſed iſte inf. de act.

d. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſ.

e. argũ. §. j in fi. infra mandat.

f. l. naturaliter. ff. de acquir. poſſeſ.

g. l. parentes ff. de in ius vocãd.

h. l. ſtichũ §. naturalis. ff. de ſolut.

i. l. is cui. ff. de act.

AVT CERTO IVRE CIVILI COMPROBATAE ſVNT. Cùm enim omnes populi partim ſuo proprio, partim communi omnium gentium iure vtantur: rectè comparatum eſt, vt ciuilium, alia domi nata, alia aliunde accepta dicãtur. Eas quippe obligationes dicimus legibus conſtitutas, quæ legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, aut principum placitis primitùs introductæ ſunt & confirmatæ: Sic enim actio de pauperie[k], à 12. tabul. de damno iniuria dato, à lege Aquilia, quam Aquilius à plebe rogauit l: de vſufructu earum rerum quæ vſu cõſumuntur [m], ab authoritate Senatus: de donato, ab Imperatoris [n] placitis, eſt profecta. Quanquam tamen magis adhuc propriè illæ obligationes iure ciuili conſtitutæ dici debeant, quæ non ſolùm iure ciuili repertæ, & ad actionem confirmatæ ſunt: verùm etiam ſuis formulis & conceptionibus donatæ, cuiuſmodi eſt ſtipulatio, literarum obligatio, cum ſimilibus. Eas certo aliquo iure ciuili comprobatas interpretamur, quæ ab alijs gentibus vel rebuſpublicis mutuatæ, in noſtram ciuitatem transferuntur, & ad populi Romani vſum adiunguntur,

k. i. §. 1. inf. ſi quadru. paup.
l. l. 1. ff. ad l. Aquil.
m. §. conſtituitur. ſup. de vſufruct.
n l. ſi quis argẽtum. C. de donat.

guntur, in quibus ſunt omnes illæ quas Iuriſgentium vocamus[o]. Sed hoc fit duobus modis: Vno, cùm nihilominus gentium manent, nec ab ijs apolides[p] arcentur, vt in emptione, venditione, locatiõe, cõductione. Altero, cùm ita probãtur populo Romano, vt pro legitimis, & domi natis habeantur: quod quidẽ in ipſis 12.[q] tabulis, & cõtractu emphyteutico, qui à Bizantijs in vrbem accerſitus eſt, manifeſtò conſtat. Iã verò illę quoq; obligationes iure ciuili cõprobatæ, vel maximè dici poſſunt, quæ ab interpretationibus prudẽtum, & diſputationibus fori originẽ habent: quales ſunt, quæ ex tacita mentis coniectura[r] oriuntur. Nã illud ius proprio nomine Ciuile appellatur[s], & quidem certum ius ciuile, vt à Prætorio, quod incertum eſt[t], & in occaſione poſitum, diſtinguatur. Ait Imp. PRAETORIAE SVNT, QVAS PRAETOR EX SVA IVRISDICTIONE CONSTITVIT, QVAE ET HONORARIAE VOCANTVR: Quod primo dicitur QVAS PRAETOR, vtiq; de eo exaudiendum eſt hodie, (nam apud veteres conſulum erat id nomen, authore Liuio,) qui iuris ciuilis cuſtos adpellatur, &

o. l. iuriſgent. ff. de pact.

p. l. quidã. ff. de pœn.

q. l. 2. ff. de orig. iur.

r. l. 2. & 3. ff. de pac.

s. l. 2. ff. de orig. iur.

t. l. ſi ſeruũ §. ſequitur ff. de ver. obligat.

v.l.1.l.imperium.ff. de iuriſd.

tur, & iudicandi iudicíſue dandi habet poteſtatem v, nomine collato, vt nõnullis placet, ab eo, quod præſit, vt nonnullis verò, ab eo quod præeat in ſtipulationibus & alijs formulis cõcipiendis. Verbum EX SVA emphaſim habet: quia ſæpè fit vt non ſua, ſed ea, quæ 12. x tabul. ſunt, edicto proponat Prætor, videlicet vt innoteſcat eum eius rei curam gerere, quo caſu Ciuilis eſt, non Prætoria obligatio, quæ naſcitur. Quod autem dicitur IVRISDICTIONE, excludit ea, quæ per ſecundum munus prę toris, quod in ſartis tectis y exigendis conſiſtit, quemadmodum author eſt Pedianus, expediuntur. Quanquam verbum CONSTITVIT, ita poſſit accipi, vt tum eas obligationes ex ſua iuriſdictione, conſtituere prætor intelligatur, quas coràm ipſe iubet interponi: veluti rem ratam haberi, iudicio ſiſti, iudicatum ſolui, rem pupilli ſaluam fore: tum eas, quibus edicto ſuo, vel annali z, vel perpetuo authoritatem tribuit, vt eſt de conſtituta pecunia a, iniuriam b, vi bonorum raptorũ, quatenus noxales ſunt, item furti tam manifeſti quàm nec manifeſti, quatenus pecuniariam pœnam c con-

x.l. & ita. ff. naut. caup.ſtab. l.1.ff. ſi quadrupes paup.

y.vt.ff. de op.no. nunc. de dã.infect. de aqua pluu.arcend.

z.§.1. Inſt. de perpet. & tem.

a.l.1.ff. de cõſti. pec.

b.§.ſunt, infra de noxalib.

c §.1 Infra. de perpet. & tẽp.act.

continent. Nam ex 12 [d] tabul. alia pœna d. d. §.
conſtituta erat, cũ noxæ deditione. Ideo ſunt.
autem HONORARIAE vocantur hę ob
ligationes Prætorianæ, quòd qui hono-
res gerunt, id eſt Prætores & AEdiles e. §. prętorũ ſupra.
authoritatem illis tribuunt [e]. Nam ho- de Iur.
noris vocabulũ, propriè pertinet ad iu- nat.
dicialia, cui argumento eſt quòd honor
in Iure [f] peti dicitur, & Ouidius. Verba f. l. j. ff. de
que (inquit) honoratus libera Prætor var. & extra. act.
habet,

POSTERIOR DIVISIO.

IMper. ait: SEQVENS DIVISIO IN QVATVOR SPECIES DIVIDITVR. AVT ENIM EX CONTRACTV FIVNT, AVT QVASI EX CONTRACTV: AVT EX MALEFICIO AVT, QVASI EX MALEFICIO. Quod principiò dicitur, omnes obligationes AVT EX CONTRACTV ESSE, AVT EX MALEFICIO, hâc potiſsimũ habet rationé [a]. a. argũ. l. §.
Quæcũq; inter homines geruntꝰ, vel §, adeò. ff.
a re fiunt, dando ac faciendo, vel verbis de pact.

vltro

vltro citroq; habitis:nam cogitationum non poteſt vlla inter homines haberi [b] ratio:Sed cùm eorum quæ re fiunt, Alia ſint bona, quæ obligationem quidem ad remunerandum,ſed eam ſine vlla neceſsitate,pariunt [c]:Alia mala, quæ ſuum authorem, ad damnum reſarciendum, obſtringunt:Alia neutra,quæ nullã obligationem producunt. Item cùm eorũ quæ verbis expediuntur, Alia in dicti [d] rationem,quod verbotenus pronunciatur,& nudo ſermone,ſine vlla obligatione finitur,incidant:Alia in promiſsi vel polliciti,quod conuentionem ſiue contractum continet: ſequitur omnium obligationum,quæ quidem ab hominibus conſtituuntur, ortum eſſe, à maleficio, quod à factis naſcitur: vel à contractu, qui verbis & ſponſionibus agitur. Quãquàm tamen extra ordinem ſubinde cõtingat,vt aut re contractus, vt in [e] geſtu negotiorum, aut verbis maleficium, vt in iniurijs [f], cõmittatur. Quin & ipſum nomen contractus,licet propriè obligationum vltro citroq; [g] ſignificet; tamen nonnunquam accipitur, & pro delicto, vt ſi fortè malus contractus [h] dicatur, quemadmodum & in dolo malo [i] & veneno-

b. l. cogitationis. ff. de pœn.

c. l. ſed & ſi. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit.

d. l. ſciendum. ff. de ædil. ed.

e. l. ex maleficio. §. i. ff. de act. & ob.

f. l. j. §. i. ff. de iniur.

g. l. labeo. ff. de verb. ſig.

h. l. ſi rerũ ff. de re iud.

i. l. i. ff. de dol. mal.

neno malo receptum eſt. Iam auté quod porrò ſubiungitur, DE CONTRACTV VEL QVASI, DELICTO VEL QVASI, ſignificat eſſe quædã, quæ natura ſui in contractuum nomen, aut delictorũ propriè venire non poſſunt, ſed quæ vim tamen & effectum cum ijs habẽt eundem. Sic enim Seruianam [k] dicimus & quaſi Seruianam. Dotem [l] & quaſi dotẽ, Vſum fructũ, [m] & quaſi vſum fructũ. Nã id nominis propriè poniturin ijs, quę ſubſtantia quidem differunt à veris, ſed re tamen & effectu cõueniũt. Atque haud ſcio, an cùm Iureconſultus dicit, obligationem, aut ex contractu naſci, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure, ex varijs cauſarum figuris [n]: an, inquam, hoc vltimũ de his debeat exaudiri? niſi latiùs hoc malimus patêre, ita vt etiam ad eos contractus porrigatur, qui pręſcriptis verbis in factũ actioné pariunt, quiq; extraordinarij dicuntur, cũ quaſi contractus om̃es ſint ordinarij, quod quidẽ probo.

k. §, tem ſeruiana infra de act. I.

l.3.ff. de fund. dotal.

m.l.2.ff. de vſuf. earum rerum.

n.l.j.ff. de act.

SVBDIVISIO.

AIt Imp. PRIVS EST, VT DE IIS QVAE EX CONTRACTV SVNT DISPICIAMVS. Meritò, quoniam ſcilicet

C pertinẽt

ꝑtinēt ad res, de quarũ altero capite, ꝙ diſtinctionis dominiorũ eſt, proximè eſt expoſitũ: cũ illæ obligationes quæ ex delicto ſunt, iudicijs potiùs & actionibus, de quibus pòſt dicetur, applicentur. Cui & hoc adde, quòd quę ſpōte cō trahũtur, potiora ducēda ſunt, quã quæ inuitè. Ait Imper. HARVM AEQVE QVATVOR SVNT SPECIES. AVT ENIM RE CONTRAHVNTVR, AVT VERBIS, AVT LITERIS, AVT CONSENSV: Hæc diuiſio collecta eſt ex tribus alijs (quod quidem frequens eſt, ſtudio breuitatis, tum apud [a] Iurecōſultos, tum alios) contrahitur enim primũ aut re, aut ſola conuentione: & cõuentione rurſum aut nudo conſenſu inita, aut verbis: & ijs iterum aut ſtipulatione conceptis, aut literis. Ex illis dico tribus diuiſionibus, bipartitis, in vnũ conflatis, cōſtituitur hæc quadripartita, quæ omnes illas ſimul breuiter cōtinet. Sed eſt paucis demõſtrandũ, quomodo è natura ꝓficiſcãtur. Primũ omniũ illud ſatis conſtat, nullũ negotiũ rectè geri aut contrahi, niſi & cõſenſus adſit, qui formã [b] tribuat, & res, quæ materiei vicē ſubeat [c]. Sed hoc duobus modis accidit. Vno, cũ

a.l. conuētionũ. ff. de pact.

b.l. in omnibus. ff. de act.

c.l. nec emptio. ff. de cōtrah. empt.

rei interuétus pręcipuè ſpectaſ: Altero, cũ cõſenſus. In his dicitur potiſsimũ res verſari, q̃ natura ſui traditionẽ rei ſecum trahũt. Nã vix eſt vt id deponi, mutuò d dari, intelligi poſsit, ꝙ nõ cõfeſtim in ipſo negotio tradatur, quod lõgè diuersũ eſt in mãdato. Et certè cũ in his negotijs hoc agam⁹, vt alius nobis, ad rẽ noſtram, vel in genere, vel in ſpecie reddendã, obſtringaſ, quomodo citra rei traditionẽ id fieri queat, haud ſatis pſpicio. Huiuſmodi ergo negotia dicunſ re cõtrahi. Et q̃dem cũ rerũ vel dominiũ trãsferamus, vel vſum cõcedam⁹, vel cuſtodiã cõmittam⁹, vt eſt apud Plutarchũ, rectè cõparatũ eſt, vt totidẽ quoq; ſint cõtract⁹, q re celebrẽtur, mutuũ videlicet, cõmodatũ, & depoſitũ. Nã pign⁹ nõ tã inter principes contractus referri poteſt, q̃ inter eos q de appẽdicijs ſunt. Cui & hoc ꝑterea addiſ, quòd pignus nõ ſolũ re, verũ etiã conſenſu hodie contrahitur e. In his dicitur cõſenſus ꝑcipuè ſpectari, in qbus, nõ tã ob rẽ ꝑſtitã, quã cõuentã, actio cõſtituitur: vtpote cũ nõ de eadẽ re reſtituẽda, ſed aliqua dãda pręſtandáue, aut exhibenda agitur, quam facilè intelligimus, etiãmſi non adſit, in cõuentionem

d.l. qui pecuniã. ff. ſi cert. pet.

e.l.j. ff. de pig. act.

tamẽ deduci poſſe. Nam in ſtipulatione, literarum obligatione, mãdato, ſocietate, & aliis eiuſdem modi, nihil vrgetur aliud, quã cõuentio. Sed eſt conuentionũ (nam de pollicitationibus & votis offerentium, cùm ſint extraordinaria [f], nihil eſt hîc agendum) nõ vna ratio: Quædã [g] enim tranſeunt in propriũ aliquod nomẽ cõmercij, Quædam verò minimè. Prioris generis ſunt, emptio vẽditio, locatio conductio, ſocietas, mandatum, & omnes illæ obligationes, quę ſolo cõſenſu pariũt legitimã actionẽ, idq; ob id potiſsimũ, quòd certę ſint, & ad ſpeciẽ redactę, ita vt facilè poſsint ſuis actionum formulis cõprehẽdi. Poſterioris generis ſunt, omnia pacta, quę nullũ certũ & definitũ nomẽ cõtractus habẽt: quę quidẽ quandiu nuda ſunt, nõ pariunt ob id actionẽ, quòd actio ſine formulis exerceri nõ poſsit, & quòd ipſa cùm ſint vaga & libera, in nullã rectè rationẽ formularũ incidãt. Sed ſi fortè fiat, vt vel verbis conceptis muniantur, vel literis, tũc demũ pariũt actionem: & eſt ratio, quoniã illo ſolùm modo fit, vt ſuis nominatim actionibus concipi & deſcribi poſsint, quod quidem diligẽter eſt notandum.

f. l. j. & tot. tit. ff. de pollicitat.
g. l. Iuriſgent. ff. de pact.

Nam ſtipulationes & literarũ obligatio nes ad hoc ſunt repertę, vt illę cõuentio nes, quæ propriũ nomen nõ habent, per eas confirmentur, & ad certam formam reuocẽtru, ſecundùm quam in iudiciũ, quod omninò certum eſſe voluerũt veteres h, deducantur. Sed redeat vndè deflexa eſt ratio. Quoniã igitur obligationes omnes vel re cõſtituuntur, quę quidem vniuerſæ, in propriũ nomẽ abeũt: vel conſenſu, quarum aliæ pariũt actionem, quia certo ſuo nomine cõtinẽtur, alię quia verbis ſunt firmatę, alię quia literis, rectè dictum eſt ab Imperatore, cõ tractus omnes, vel re fieri, vel conſenſu, vel verbis, vel literis. Nã quòd nõnullæ ſunt obligationes, quę ob rem datã naſcuntur, vt permutatio tranſactioi, nihil attinet hîc cõmemorare. Sunt enim extraordinariæ illę, quę pręſcriptis verbis actionem habent, non certã aliquã, quæ vel ex forma negotij, tum re, tũ cõſenſu contracti: vel ex conceptionibus, tũ verborum, tum literarum, naſcatur. Quod iam dicit Imp. DE QVIBVS SINGVLI DISPICIAMVS, ſignificat, poſt definitionem ſummi generis & diuiſionẽ eius in ſpecies ad ſingularum ſpecierum

h. l. 2. ff. de orig. Iur.

i. l. ex placito. C. de rerum per mut.

tractationem accedendũ eſſe, quod quidem tertium & vltimum voluit eſſe Cicero, in legum ex arte deſcriptione.

Quibus modis, re contrahitur obligatio.

RE contrahitur obligatio, veluti ex mutui datione Mutui aũt obligatio in ijs rebus conſiſtit, quæ põdere, numero, mẽſurá ue conſtant: veluti vino oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerãdo, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientiũ fiant, & quãdoq; nobis non eędem res, ſed alię eiuſdem naturę & qualitatis reddantur: Vnde etiã mutuum appellatum eſt, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat: & ex eo contractu naſcitur actio, quæ vocatur certi condictio. Is quoque qui

qui nõ debitum accepit ab eo,qui per errorem ſoluit,re obligatur:daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nã perinde ab eo condici poteſt, SI APPARET EVM DARE OPORTERE, ac ſi mutuum accepiſſet. Vnde pupillus, ſi ei ſine tutoris authoritate indebitum per errorem datũ eſt, non tenebitur indebiti condictione: non magis, quàm mutui datióe. Sed hęc ſpecies obligationis non videtur ex contractu conſiſtere; cùm is qui ſoluendi animo dat, magis velit negotiũ diſtrahere, q̃ contrahere. Item is, cui res aliqua vtenda datur, id eſt, commodatur, re obligatur: & tenetur commodati actione. Sed is, ab eo qui mutuum accepit, longè diſtat. Namque non ita res datur, vt eius fiat: & ob id de ea ipſa re reſtituenda tenetur. Et is quidem qui mutuum accepit, ſi quolibet fortuito

caſu amiſerit,quod accepit: veluti incendio,ruina,naufragio, aut latronum hoſtiumúe incurſu, nihilominùs obligatus remanet. At is qui vtendum accepit, ſanè quidem exactam diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare iubetur: nec ſufficit ei tantam diligentiam adhibuiſſe,quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi modò alius diligentior poterat illam cuſtodire: ſed propter maiorem vim,maioréſue caſus non tenetur,ſi modò non ipſius culpa is caſus interuenerit. Alioqui, ſi id quod tibi cómodatú eſt domi,peregrè tecú ferre malueris, & vel incurſu hoſtiú, prędonúue vel naufragio amiſeris:dubiú nó eſt,quin de reſtituéda ea re teneris. Cómodata autem res túc propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta,vel cóſtituta,res tibi vtéda data eſt:alioqui mercede interueniente, locatus tibi vſus rei videtur.

Gra-

Gratuitũ enim debet eſſe cõmoda tũ. Prętereà, & is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturq́; actione depoſiti: quia ipſe de ea re, quam accipit, reſtituenda tenetur. Sed is ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo cõmiſerit: culpę autem nomine, id eſt, deſidię ac negligentię non tenetur. Itaque ſecurus eſt, qui parũ dilĩgẽter cuſtoditã rẽ furto amiſerit: quia qui negligẽti amico rẽ cuſtodiendã tradit, nõ ei, ſed ſuæ facultati id imputari debet. Creditor quoque, qui pignus accepit, re obligatur, quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur actione pignoratitia: ſed quia pignus gratia vtriuſque datur, & debitoris, quò magis pecunia ei credatur: & creditoris, quò magis ei in tuto ſit creditum: placuit ſuffi cere, ſi ad eam rem cuſtodiendam, exactam diligentiã adhibeat: quã ſi præſtiterit, & aliquo fortuito

 caſu

caſu rem amiſerit, ſecurum eſſe, nec impediri creditum petere.

TITVLVS.

AIt Imp. RE CONTRAHITVR OBLIGATIO, VELVTI EX MVTVI DATIONE. Facilioris doctrinæ gratia non definitur quid ſit re contrahere, ſed demonſtratur exemplo, quod quidem planius eſt & rudioribus accommodatius, vt inquit Plato. Ideò autem explicatur primo loco de mutuo, quoniam continet tranſlationem dominij, quod in omnibus maximum: cui deindè ſuccedit commodatũ, quod ad vſum: pòſt deinde depoſitum, quod ad cuſtodiam pertinet. Nam quòd indebitum interijcitur inter mutuum & commodatum, propter naturę eius cũ mutuo cognatione factum eſt: & pignus cùm ſit tantùm acceſsio, meritò ad calcẽ eſt reiectum. Quæ de mutuo proponuntur, ſunt hæc, materia, forma, nomen & effectus ſiue actio.

DE MVTVO.

IMp.ait,MVTVI AVTEM OBLIGATIO IN IIS REBVS CONSISTIT,QVAE PONDERE,NVMERO, MENSVRAVE CONSTANT:VELVTI VINO,OLEO,FRVMENTO,PECVNIA NVNERATA, AERE,ARGENTO,AVRO. Quorũ quidẽ mercatꝰ & negotiatio nõ aliter conſtare poteſt,q̃ ſi ad certũ numerũ, mẽſurã vel põdus redigãtur,vtpote cũ ex ijs tribus,omniũ quantitatũ,tã deiũctarũ q̃ cõiũctarũ:quę iterũ,vel ſupficies ſũt,vel corpora, mẽſura peragatur.Rationẽ aũt,cur mutuũ inhis tãtũ cõſiſtat, colligit Iurec.Paulus [a] hoc fermè modo:mutuũ damꝰ recepturi, nõ eãdẽ ſpeciẽ,ſed idẽ genꝰ:Verũ idẽ genus nõ poteſt rectè reddi,niſi ꝑ numerũ,põdus & mẽſurã,ad ęqualitatẽ vtrinq;reuocet̃:Nõ poteſt igit̃ aliarũ rerũ eſſe mutuum,q̃ q̃ numero,põdere aut mẽſura cõſtãt.Ecce,hæc eſt euidens ratio.Nã ꝙ in mutuo,nõ ſpecies verſat̃,cuiꝰ vſꝰ eſt:ſed genꝰ,cuiꝰabuſꝰ,(ſic em̃ oportet meminiſſe res [b] oẽs diuidi,)indè apparet:ꝙ alioqui res caſura ſit, vel in commodatum, cui propriè locus eſt in his rebus,quę vſu non

[a] l.2.§.mutui.ff. ſi cert. pet.

[b] l.1.& 2. ff.de vſuf. earum rerum quæ vſ.cõſom.

non conſumuntur: vel in depoſitum, in quo licet tam fungibiles res verſentur, tamen non vtendæ, vt in mutuo: ſed cuſtodiendæ dantur. Et ideò verius eſt, quemadmodū corporū ſiue, ſpecierum commodatum eſt ſalua ſpecie: ita illorū quæ vſu conſumuntur, eſſe mutuum ſal uo genere. Nam ſi aliud genus, veluti ꝓ tritico vinum recipiamus, non erit mutuum, ſed permutatio. Porrò autē quòd generis functio, non alia ratione commodè fieri poſsit, quàm per numerum, pondus aut menſuram: indè manifeſtum euadit, quòd ex ijs ſolis æqualitas, ſine qua nulla ſunt commercia (vt inqt Ariſt.) in rebus exiſtit. Et certè (vt planè mentem Pauli [c] explicemus) cùm ſpecierum tantùm ſit creditum per traditionem, vt in commodato, depoſito, pignore: eorum quæ pondere, numero, aut menſura conſtant, ea eſt conditio, vt per dationem rectè credi poſsint. Et ratio quidem diuerſitatis eſt, quomodò quantitatum functio ſiue mercatus, verſatur circa genus: ita vt in ijs ſpectetur, non tā ſpecies ſiue forma rei, qualis quędam eſt in pecunia numerata publica forma per cuſſa, in pane, & alijs ſimilibus: quàm quan-

c d. §: mutui.

d. l. 3. ff. de in lit. iur.

quantitas ipſa, quæ hinc indè pręſtatur & ſoluitur pari modulo, ſic vt nõ poſſit vllo modo videri, aliud pro alio dari: ſed planè idem, ſi modò eadem quantitas reddatur. Cæterum in alijs, quæ numero, pondere, ac menſura non conſiſtunt, longè diuerſa eſt ratio. Nam cùm eorum æſtimatio ſecundùm ſpeciem, nõ quantitatem fiat, niſi eadem planè res reddatur, non poteſt videri idem reddi. Sed iam regula eſt: Inuito creditore aliud pro alio ſolui non poſſe. Sequitur igitur, eorum non eſſe ita creditum, vt trãſeat dominium. Nam aut eſt res æquè bona reſtituenda, & perit vſus & vtilitas dominij: aut alia vel eadem deteriorata: & contingit [e] aliud pro alio ſolui, quod eſt contra regulam. Atque hæc q. dem vera eſt, vt puto, & expedita interpretatio Pauli, quicquid commententur omnes, tam recentiores, quàm veteres, quos quidem nos vidimus, interpretes. Nam quod apud Pomponium [f] libro 20. ad Sabinum relatum eſt, Si tibi ſcyphos dedi, vt eoſdem mihi redderes, cõmodati actionem eſſe: non debet quenquàm turbare, quaſi videlicet ſubindè poſsit tranſire ſpeciei dominium, vt eadem

e. l. 3. ff. cõmodat.

f l. vlt. ff. de præſcript. ver.

dem

dẽ reſtituat: qm̃ cõmemoratio de eodẽ ſcypho reſtituẽdo, facit vt dãdi verbũ ꝓ traditiõe, quod quidẽ & aliâs licet obſeruare g, accipiatur. Idq; haud aliter, atq; ſi inſulã hoc modo vẽdas, vt alia reficiatꝰ ab emptore: Nã eo caſu reſponſum eſt à Neratio h nullã eſſe venditionẽ, ſed ciuili intentione incerti agẽdũ eſſe. Sed cur mutuũ in ijs tãtũ cõſiſtat, q̃ põdere, numero vel mẽſura cõſtant, iã ſatis eſt expoſitũ. Sequiẽ. QVAS RES AVT NVMERANDO, AVT METIENDO, AVT APPENDENDO IN HOC DAMVS, VT ACCIPIENTIVM FIANT. ET QVANDOQVE NOBIS NON EADEM RES, SED ALIAE EIVSDEM NATVRAE ET QVALITATIS REDDANTVR. Ideò imprimis debet ipſa res interuenire in cõtractu mutui, q̃a nimirũ re cõtrahiẽ, vt dictũ eſt, nõ cõſenſu, obligatio. Quãuis tamẽ ſępè fiat, vt illi ſtipulatio i adijciaẽ, & vel epiſtola eius noĩe vel cautio chirographũ ue exponaẽ k. Nec verò ſufficit ſolꝰ pecuniæ interuẽtus, niſi & numerãdo ſimul & metiendo, ac appẽdẽdo fiat, videlicet quò cõſtare poſſit inter reos, quantũ ſit ꝙ deẽ. Idq; vel in ipſo actu, vel antè, vel pòſt: nihil em̃ refert, modò cõſtet l. Planè ꝙ ea mẽte res dari debet, vt accipiẽtis fiat, ideò cõparatũ eſt, vt hic cõtractꝰ ab alijs qui re

g l. datio. ff. de act. emp.
h l. inſulã. ff. de præſcrip. ver.
i l. qui pecuniã. ff. ſi cert. pet.
k l. lecta. ff. ſi cert. pet.
l l. ſi quis. l. rogaſti. ff. ſi cert. pet.

ſiunt,cómodato[m],depoſito[n], pignore, m.l. rei cõ
diſtinguat̃:& accipiẽs vtilitaté aliq̃ ex re modatæ.
pcipiat,quã qdẽ nõ ſentiret, ſi dãtis per ff. commo
maneret.Præterea vt innoteſcat,mutuũ dat.
nõ re ſolũ, verũ etiã cõſenſu.cui' magnæ n.l. licer.§
ſunt in eo partes,cõtrahi[p]. Nãq́ hoc etiã rei. ff. de-
agit̃ vtrĩq;[p], vt aliquãdo(ſic em̃ accipim' poſ.
verbũ QVANDOQVE)reſtituat̃ creditũ o.l.omnia
donationẽ & ppetuã abalienationẽ ex cum ſeq.
cludit, queẽadmodũ illa verba, NON EAB ff.ſi cert.
DEM RES, SED ALIAE EIVSDEM NATV- pet.
RAE ET QVALITATIS REDDANTVR, p.l.ſi ego.
cõmodatũ & depoſitũ excludũt & pmu ff. ſi cert.
tationẽ. Et ptinet qdẽ NATVRAE voca- pet.
bulũ, ad gen' & ſubſtãtiã apud Põponiũ
q, vt p vino vinũ, p tritico triticũ redda
tur. QVALITATIS, ad bonitatẽ, vt ne p vi q.l.cum
no veteri nouũ, p ſtãte fugiẽs ſoluat̃. Nã quid. ff. ſi
vix eſt, ut id q deterius eſt, cũ eo q me cert. pet.
li' eſt, idẽ intelligi[r] poſsit. Ait Imp. VN- r.l.3. ff. cõ
DE ETIAM MVTVVM APPELLATVM EST, mod.
QVIA ITA A ME TIBI DATVR, VT DE MEO
TVVM FIAT: hinc inde videlicet dãdo ac
reddẽdo, q quidẽ in nullo alio cõtractu
fit, ita vt meritò iſtud noĩs tributũ illi
videri poſsit: & ideò Marc' Varro mutu
um (inquit) eſt, cùm datur aliquid, vt
reddatur: Siculi meton vocant, quaſi
μ̃ τὸν, Donatus id mutuum definit;

quod

quod ſic adeſt, vt reddi debeat, & nunc meum, nunc tuum ſit. Planè Cicero cómodare pecunias, Plautus vtendas dare dixit. Nam quòd Iureconſulti inter mutuum & commodatum diſtinguūt, artis eſt, non vſus: quemadmodùm apud Dialecticos, partitionis & diuiſionis differétia. Cauſa verò cur authores Iuris & interpretes, ſolicitius nonnunquàm agunt de verbis & eorum ſignificatione, hæc eſt, quòd nomina debeant eſſe conuenientia [f] rebus, quodq́ue tanta ſint pondera rectæ interpretationis legum in verbis, vt Antiſtius Labeo, partim Platonicæ philoſophiæ, partim exactioris verborum intellectus præſidio, totam Iuriſprudentiā innouâſſe feratur, Ait Imp. ET EX EO CONTRACTV NASCITVR ACTIO, QVAE VOCATVR CERTI CONDICTIO. Condicere priſca lingua denunciare eſt [t], ſiue (vt Feſt. ait) dicendo denunciare. Nam aut certatur legittimis & plenis actionibus in iure, & non fit denunciatio aduerſario verbis, vt veniat: ſed re ipſa, vt quia vel ducitur, vel rapitur in ius. Aut certatur condictionibus, id eſt, amicabili quadam coram iudice diſceptatione, priuſquàm ad forenſem

f. §. vlt. Inſt. de donat.

t. §. appellamus. infra de act.

forenſem actionem veniatur [v]:& probatum eſt , vt verbis res denuncietur , & dies reo, quo ad iudicem eundum ſit, dicatur: vnde & condictio nomen inuenit. Nam licet generalj nomine condictio, pro omni actione in perſonam accipiatur [x], tamen propriè intelligitur de ea actione, quæ non ſolenniter pleno foro, ſed amicabili quadam quaſi compoſitione expeditur. Et hoc eſt quod hic dicit Imper, ex hoc contractu mutui naſci actionem, quę vocatur condictio. Quod verò additur CERTI, poſitum eſt ad differentiam aliarum condictionum , quæ non vocantur certi. Nam omnium condictionum, aliæ ſunt certi , aliæ incerti, aliæ mixtæ. Certi ſunt , per quas petunt ea, quæ numero , pondere , vel menſura continentur [a], Et manent quidem illæ, vel in ſuo generali nomine , certi condictiõis: vel tranſeũt in proprium aliquod nomen condictionis, veluti indebiti, ob cauſam, ſine cauſa, ob turpẽ cauſam, furti. Incerti condictiones ſunt, quæ vel eius nomine competunt, quod non habet in genere functionem [b], vel eius , quod ſine vllo contractu vero debetur [c], Mixtæ denique, quæ tam certorũ nomine,

v. l. debitores. C. de pignor.

x. d. §. appellamus.

a. l. certi condictio ff. ſi cert. pet.

b. l. etſi me §. 1. ff. de condict. indeb.

c. l. duo. ff de precari

propalã non habetur. Cui & hoc applicã dum eſt, quòd creditũ de facili expediri poſsit, prolatis cautionibus, tabulis, aut rationibus, vel exhibito iureiurando, cũ in alijs partim altior indago requiratur: partim ceſſet metus euerſionis bonorũ: nam aliud eſt, ſpeciem, ex commodato, depoſito, pignore, reddere, aliud genus: partim deniq; nulla ſubſit cauſa ſuggillationis famæ, veluti in empto vendito, locato conducto, ac ſimilibus, in quibus vtrinque directa competit actio: Itẽ in cõmodato, pignore, depoſito, in quibus ipſe ſibi debet imputare, quòd ſe patitur eò nomine cõueniri. Iam verò ratio, cur certi condictio, nõ alia, competat in mutuo, hæc eſt, quod certum ſit id, quod in eo verſatur: quo quidem fit, vt & incerti condictio, & duæ generales, triticaria videlicet, & ex lege, quæ & incertorũ nomine cõpetunt; facilè excludantur. Et ꝓpria quidẽ nomina condictionũ in hiſtã tũ vſurpantur, quæ in quaſi creditũ incidũt, cuiuſmodi eſt indebitũ ſolutũ, res ob cauſam data, cum alijs eiuſdem modi. Sed de materia, contractu, nomine, & actione mutui, hactenus. Illud fortè non indignũ habet tractatũ, ſed politicũ ma

gis quàm Iuris: vtrum ex re ſit, in Repu. mutuum habere, nec ne. Nam apud Indos conſtat ex Aeliano, Lege lata prohibitum fuiſſe. Sed cùm ſine mercatu, nulla hominum communitas poſsit retineri [g]: & mercatus vna pars ſit, quæ circa merces: altera, quæ circa pecunias verſatur [h]: ipſa res & tractatio quotidie docet, apprime commodum, imò neceſſarium eſſe mutuum in Repub. Nam quid dicã de Ariſtotele? qui magno bono ciuitatũ, excogitata putat ea commercia, quibus hominum inter ipſos beneuolentia, & mutua hinc indè beneficia, prouocãtur.

g. l. 2. ff. de nund.

h. l. 1. ff. de contrah. empt. iuncta l. quod priuilegiũ ff. de poſit

DE INDEBITO
ſoluto.

IVſtin. inquit, IS QVOQVE QVI NON DEBITVM ACCEPERIT AB EO, QVI PER ERROREM SOLVIT, RE OBLIGATVR. Quæſtione faciũt in hoc argumẽto tria: Primò, quoniam nuda traditio, quã nulla iuſta cauſa præceſsit, non tranſfert dominium [a] & conſequenter nec parit obligationẽ, re videlicet manente in dominio

a. l. nunq̃ nuda. ff. de acquir. rer. dom.

nio

o tradentis. Deinde, quia nulla videt̃
nſtitui poſſe obligatio ab his, q diſtra b.l. ſi tibi.
ndi [b] magis propoſitum habent, quã ff. ſi cer.
ntrahendi. Tertiò, quoniam videtur pet.
bere eum, qui falſò præſumens ſe ob-
atũ eſſe, per ignorantiam indebitũ ſol
;, ſibi imputare, quòd errore lapſus ſit
eũ qui accipit, obligatũ facere. His ta
nihil obſtantibus prorſus diuerſum
ſtituitur. Et ratio eſt, quia cũ natura c.l. nam hoc. ff. de
uũ ſit, neminẽ cũ alterius iactura lo condict.
pletari [c], rectè, inquit Papinian[d], & ex indeb.
no ac ęquo introductũ eſt, vt quod al d.l. hæc
ius apud alterũ ſine cauſa deprehen- condict.
ur, reuocetur. Nec commouet verò, ff. de con-
òd nunquã nuda traditio trãſfert do dict. inde.
niũ, qm̃ ipſa ſolutio, quæ reuera inter e.l. ſi in a-
lit, & negotiũ in ſe habet [e], (licet ex rea. ff. eo-
ſa cauſa [f] proficiſcatur) facit, vt nõ ſit dem.
da traditio: ſed vt dominiũ re ipſa nã- f.l. in ſum
atur is, qui rẽ accipit, ſi modò tradẽs ma. ff. eo-
dominus: aut ſaltẽ vſucapiendi cõdi- dem.
nẽ pro ſoluto [g], ſi nõ ſit. Quia eñ am- g.l. 3. ff. p ſol.
cõſentiunt circa ſolutionẽ, nõ dicit̃
da traditio: quemadmodũ nec ea ſecũ h.l. cum in
m Iulianũ [h], nuda dicitur, qua ambo corpus.
ant tradi animo tranſferendi domi- ff. de ac-
, ſine vlla vnq̃ refuſione, licet alter ex quir. rerũ dom.

midiũ iuſti prętij[l]. Nã plerũq;, vt author l.l.2.C.de
eſt Pōponius [m], accidit, vt extra id quod reſcind.
agitur, obligatio naſcatur. Et eſt in om̃i vend.
ſolutione illa cogitatio, vt niſi debitum m.l.ſi is q.
ſit quod ſoluitur, reſtituat̃. Nã quod ſtri vlt. ff. cō-
ĉto iure vrgeri poteſt: Quod ſemel pla- mod.
cuit, nō eſſe ad irritũ deducendũ: Ipſa ſo
lutionẽ per ſe cauſam eſſe ſufficientẽ: V
numquemque diligenter debere circũ-
ſpicere, ne temere ſoluat. Si is, qui dolo
circũuent⁹, vel metu coactus promittit,
ipſo iure teneatur: multò magis eũ tene
ri debere, qui ſua ſponte ſoluit. Peſsimi
exẽpli eſſe, contra propriũ factũ venire:
quod inquã ſic occurri poteſt, eſt quidẽ
multũ, atq; haud ſcio an plurimũ, ſecun
dũ ſtricti Iuris rationẽ: ſed eã conuellit
ex aduerſo poſita æquitas [n], quæ, quod n.d.l hæc
cuiuſq; apud alterũ eſt ſine cauſa, reſti- cōdictio.
tui poſtulat, quæ nō vult fraudi cuiquã
eſſe, quòd ſe vltro obtulerit ſolutioni fa
ciendæ. Sed quia tamen magna eſt aut-
thoritas & ſentẽtia ipſi⁹ iuris, facilè acci-
dit, vt repudiata hac æquitate, quæ ferè o.l.ſeruũ.
fragilis eſſe ſolet [o], ad ipſum, ꝙ dico, ius, §.ſeqtur.
reuerſio fiat. Sic em̃, ſi mulier in ea opini ff.de verb.
one ſit, vt credat ſe pro dote obligatã, q̃c obl.
q̃d dotis noīe dederit, nō repetit, ſublata

p.l.'cum is §.ſimulier ff.eodem.

q.l.in ſumma.ff. eodem.

r.l.in dië. l.ſi.non ſortem. l. pœnæ. ff. eodem.

enim falſa opinione, relinquitur pietatis cauſa p:ſic id quoq; quod ob cauſam datur, puta quòd negotia mea ab eo adiuta putaui, licet non ſit factum, quia donare volui, quamuis falſò mihi perſuaſerim, repeti non poteſt q. Sic denique in alijs multis & infinitis negotijs r, leui de cauſa inhibetur repetitio, tanquam cõtra iuris rationem, ſub ſpecie boni & æquipermiſſa. Sed de ratione & cauſa inductę condictiõis indebiti iam ſatis. Nã quod hic à pleriſq; omnibus tractatur, quotuplex indebitum, quotuplex error, quot tandem, & quæ exceptiones ſint ab hac generali propoſitione: nihil attinet hic prolixiùs proſequi. Nam ego ſic ſtatuo, illa omnia Digeſtorum interpretationi tanquam ſuo proprio ſpatio, relinquenda eſſe. Hic verò generaliter tantũ ipſam rẽ, vt eſt ab Imperatore poſita vrgendã enudandãq;, & ſuis rationibus firmãdã ac ſtabiliendã eſſe: qui ſecùs faciunt, nõ tã interpretari leges, quàm conſarcinare videntur: & vt de procis Penelopes dici ſolet, cùm domina potiri non poſſunt, ad ancillas ſe conuertere. Ait Imp. DATVRQVE AGENTI CONTRA EVM PROPTER REPETITIONEM

CON-

CONDICTITIA ACTIO. Rationem ſubiungit ipſe Imp. NAM PERINDE AB EO CONDICI POTEST, SI APPARET EVM DARE OPORTERE, AC SI MVTVVM ACCEPISSET. Quid ni? Ipſa enim obligatio, ex indebito ſoluto contracta, obtinet inſtar obligationis mutui ſecundum Caium [o]. Et is qui non debitam pecuniam ſoluit, quomodo hoc ipſo aliquid negotij gerit, ſi quidem non reperiat debitũ quod extinguat, neceſſarium eſt, vt per contrarium creditum conſtituat, quandoquidem actus quem agit, non quieſcit [p]. Ad hæc, ſubſtantia mutui exiſtit partim ex numeratione [q], partim ex tacita conuentione de refundendo [r]: Sed in hac ſpecie non minùs intercedit numeratio, quàm in mutuo: & non minùs ſubeſt tacita mens de refuſione, ſi non ſit forte debitum, quod ſoluatur, (Quis enim præſumitur ſuum iactare [ſ]?) quam in mutuo. Reliquum igitur, in eo non aliter contingere obligationem, quàm hic: niſi quòd cogitatio de refundendo, in mutuo ſit citerior, ſiue proprior, in indebito ſoluto, vlterior & longiùs paulò poſita: quòd quidem efficit, vt non reuera

o. l. ex maleficijs. §. is quoq;. ff. de act. & obligat.

p. l. ſi is qui. §. vlt. ff. cõmod.

q. l. cõtra. ff. ad macedon.

r. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

ſ. l. cum de indebito ff. de pro-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pro modo crediti ſit, ſed inſtar eius obtineat. Illa verba, SI APPARET EVM DARE OPORTERE, cótinent antiquã formulã dãdi iudicis à Prętore. Nã poſtq̃ actor corã prętore cõcepiſſet hac formula, ſecũdũ Valeriũ Probũ. A.T.M.D.O. ꝙ eſt. Aio te mihi dare oportere, & cùm re' negaſſet ſe dare oportere, ſubijciebat Prætor, dans inter eos Iudicem & actionem, in hæc verba. SI PARET EVM DARE OPORTERE, TITIVS IVDEX ESTO, ſiue TITIVS EVM CONDEMNATO. Infert ex ſupra ſcriptis Imper. VNDE PVPILLVS, SI EI SINE TVTORIS AVTHORITATE INDEBITVM PER ERROREM DATVM EST, NON TENEBITVR INDEBITI CONDICTIONE, NON MAGIS QVAM MVTVI DATIONE. Mirum eſt, quàm crebrò fiat, vt ea quæ in ſpeciem videntur falſa, paucis poſitis, ſua ſponte appareant veriſsima. Quis credat rem eminus conſiderans, pupillum qui indebitum accepit, non confeſtim obligari? maximè cùm ex negotijs geſtis ab alio, propter ipſum ſolum geſtum, obligetur t: & nulla ſit eius, qui diſſoluendi debiti animo dat, circumueniendi pupilli cogitatio

t.l. ſi à furioſo. ff. de act.

gitatio

tio. Sed iacto ſupradicto fundamé-
indebiti ſolutionem pro portione
tui ſiue crediti eſſe, vltro conficitur,
poſſe ex ea pupillum teneri, videli-
quia notiſsimum eſt, pupillum pecu-
n mutuam accipiendo, ne iure quis
naturali obligari v, niſi fortè locu- v.l. pupillum. ff. de act.
ior ſit factus: hoc enim extra propo
m eſt x. Sed cur pupillum non obs x.l. nam hæc ff. eodem.
ngit mutuum acceptum? An primò,
rei actum non a intelligit? & deins
quia diligenter circumſpiciendum a.§. pupillus infra de inutil. ſtip.
ne imbecilior ætas, in captionem alis
n incurrat b? Et eſt quidem hoc
tiſsimum in infante, qui nullú ſen- b.§.j.&.2. ſupra de auth. tut.
habet c: licet vtilitatis cauſſa recep-
ſit, vt authoritate tutoris iudicium
ſuppleatur: vel etiam legis, ſi fortè c.l. quanuis.§. infans ff. de acquir. poſſ.
ſtipuletur, & acquirat d. Sed diſsimi
paulò receptum eſt in pupillo, quo
c agimus, & quem ab infante, exs
is verbis ſeparat Iurec. Is enim alis d.l.2. in fi. ff. de act.
ſenſum habere intelligitur, licet nó
inò plenú, nec cumulatè perfectú.
eo ſimpliciter quidé verú eſt, eum
hédo nó obligari, nec ciuiliter, nec
naturaliter, puta quia verú cons
m non habet. Sed ſi tamé eſt, vt ex
contracta

contracta obligatione, vel melior fieri ſperetur, vel eam maior factus, nouet, aut alia ratione comprobet: probatum eſt, ceſſante vna ratione, qua captio timetur, vt propter aliquam lucem rationis quam habet, hactenus naturaliter obſtrictus videri poſsit. Et in eam ſententiam, puto omnia illa reſponſa accipienda eſſe, quibus proditum eſt, pupillum naturali vinculo obligari [e]. Nam cùm neque perfectum ſenſum habeat, neque nullum: poteſt dici, obligationem eius, quam contrahit, in ancipiti eſſe: & ſi aut vtilitatem contineat, aut poſt placeat, naturaliter obſtringere, propter vtilitatem, & quia aliquem ſenſum habet: ſi minùs, non obſtringere, ęquè propter vtilitatem, ne in damnũ incidat, & quia nõ habet plenum intellectum. Ait Imp. SED HAEC SPECIES OBLIGATIONIS, NON VIDETVR EX CONTRACTV CONSISTERE: Cauſſam reddit: CVM IS QVI SOLVENDI ANIMO DAT, MAGIS VELIT NEGOTIVM DISTRAHERE, QVAM CONTRAHERE. Atque ita, ſi ipſam per ſe obligationem, quatenus re contrahitur, inſpiciamus, meritò inter huius Tituli contractus

e.l.j.ff. de nouat.l.3. ff.commo dat.l. vlt. ff.de iureiur.l. ſi pupillo.ff.ad l.falcid.l. in numerationibus. ff.de ſolut.

ctus reponitur: ſin verò mentem & untatem contrahentium, rectè reijur ad eas obligationes, quæ quaſi ex tractu naſcuntur [f]. Nunc verò tranmus ad commodatum, in quo tracta quid ſit, & quomodo differat, tum mutuo, tum à Locatione conductio-.

f. §. vlt. infra de oblig. ex qua ſi cōtract.

DE COMMODATO.

Dicit Iuſt. ITEM IS, CVI RES ALIQVA VTENDA DATVR, ID EST COMMODATVR, RE OBLIGATVR: ET TENETVR COMMODATI ACTIONE. Quia conuentio, ſed res potiſsimùm inueniens producit obligationem, redicitur re contrahi: & actio, ſecunn rei ſubiectæ naturam conſtitui, haque ea res non ita difficilem explica. Sed quoniam commodare defiur vtendum dare, illud fortè non abs rit, propriùs nonnihil ac preſsiùs, madmodum accipiendum ſit, intue-Nam qui commodum rei concedit, cuius

cuius appellatione vſus venit & vtilitas, ſecundum nominis rationẽ, propriè dicitur rem commodare [a]: tdq́ue ſiue naturalem eius vſum concedat, ſi res ſalua ſubſtantia vſum ſuum habeat: ſiue nec naturalem, ſi in abuſu conſiſtat, veluti cùm pecũia ditis ſiue dici aut dicis cauſ- ſa (vtrumque enim apud Arnobium & Varronem reperitur) oſtentandi gratia (εἰς ἐπίδειξιν vocant Græci) commodatur [b], quo videlicet dici ſaltem poſsit pecuniam habere, quoq́ue Dis vt Terentiano verbo vtar, ſiue diues appareat [c]. Sed commodum rei concedere, quemadmodum accipiemus? an ſi his tantùm verbis fiat, Do tibi rem vtendam, commodo? An etiam, ſi his, Do tibi ſcyphum vt eũdem mihi reddas? Et puto conſtantiùs dici, nihil referre, vtrùm in genere quis vſum concedat, an eum ſpeciatim d exprimat, an tãdem tacitè permittat. Nam quemadmodum ei qui inſulam hoc modo vendit, vt aliam reficiat emptor, non redditur ex empto actio, ſed in factum, inſpecta mente potiùs, quàm oratione: ita is qui ſcyphum dat, vt idem reſtituatur, vi ipſa hoc agere intelligitur, vt vſui eum habeat accipiens, non mancipio,

a. i. j. §. inter. ff. cõmod.

b. l. ſi cr go. ff. cert. pet.

pio,nec alio quouis modo, quo dominium acquiratur.Pro illo rectè poteſt ambigi,quomodo ratio contrahendi precarij,à commodati forma ſeparetur? Nam illud haud ſufficere videtur ad diſtinguendum, quòd nec modum nec tempus habeat precarium, cùm neutrũ quoque ſæpenumero in commodando exprimatur. Sed,vt vno verbo abſoluam: Precarium eſt donatio [e], qua quis rem ſuam, donec ſibi libuerit,donat, transferens non vſum modò, verùm etiam poſſeſsionem [f]. Cæterum in commodato rei commodatæ, tam poſſeſsionem, quàm dominium retinemus [g]. Iſto bene obſeruato,nõ eſt in difficili,de differentia commodati & precarij contrahendi æſtimare. Nam quod amicitię familiaritatiſúe cauſſa, in prædio ruſtico vel vrbano, ſubindè vicino aut amico pmitti tur verſari:neq;;in cõmodati neq; precarij cauſſã incidit. Ait Imp. SED IS, AB EO QVI MVTVVM ACCEPIT, LONGE DISTAT Quoniã ijſdẽ quodam modo cunabulis initiata ſunt cõmodatũ &mutuũ,nõ abs re eſt, vt ſuis hinc indè finibus regãtur, vt ne cui fortè tenebras offundant propter vicinitatẽ tractatus, Ait itaq; Imp.

NANQVE

e.l.1.&.3. ff. de precar.

f.l.3. in fi. ff. de precar.

g l. rei ff. commod.

NAMQVE NON ITA RES DATVR, VT EIVS FIAT: ET OB ID DE EA REIPSA RESTITVENDA TENETVR. Aliter in mutuo, in quod dominiũ trãſit, & aliud reſtituitur, licet eiuſdem generis. Atque hæc tam variè, propter ſolam materiam ſubiectam. Nam eorum quæ vſu conſumuntur nullus eſt in veritate vſus, niſi tranſlato demum dominio, cùm in alijs nihil prohibeat, ſalua rei ſubſtantia, vſum eius concedere. Et eſt proba collectio: res non transfertur, & eſt obligatio ad rem, ergo ad eandem rem. Vtrùm autem præter communes Iuris regulas, ſubindè contingere poſſit, vt in commodato dominium tranſeat, quemadmodum in depoſito [h] & locato[i] conducto nihil opus eſt hic prolixiùs diſputare. Certè regulariter, quemadmodum hic tractamus, ſi rei commodatæ dominio tranſlato, alia dari conueniat: expeditum eſt, vel mutuum eſſe, vel permutationem: ſi eadem, ſubſiſto. Nam repugnantia videntur dominium transferre, & eiuſdem rei reſtitutionem poſtulare[k], niſi fortè dotis placeat ſimilitudinem ſequi, quæ[l] licet in bonis mariti, ſit, mulieris tamen permanet, quod non inſub-

h.l.Lucius ff. de . poſit.

i.l. in naue.ff. de locat. & con duct.

k. vid. l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet.

l.i. quãuis. ff. de Iur. dot.

inſubtiliter defendi poteſt. Vt vt reſeſt, quin id cõmunes commodati terminos egrediatur, nihil dubium eſt. Ait Imp. ET IS QVIDEM QVI MVTVVM ACCEPIT, SI QVOLIBET FORTVITO CASV AMISERIT, QVOD ACCEPIT: VELVTI INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, AVT LATRONVM HOSTIVMVE INCVRSV: NIHILOMINVS OBLIGATVS REMANET: Eſt enim generis debitor, & genus non poteſt perire [m], niſi ſi fortè omnes vbiq; ſpecies intereant. Nam hominis (exempli gratia) vocabulum, orationis compẽdio ſingulos homines continet, & quã diu vel vnus ſupereſt, tenet & manet incorrupta obligatio [n]. Planè traiectitiæ ſiue nauticæ pecuniæ, ſic vt plurimum fœnerantur, vt ſint periculo creditoris, idque vel in alteram nauigationem, quę à Gręcis ἑτερόπλουν vocatur, vel in vtranque profectionis videlicet & reditus ſimul, quæ ἀμφοτερόπλουν. Quod dicitur SI QVOLIBET FORTVITO CASV, ſignificat, non vnius quidem modi eſſe ea, quæ fortuitu accidunt: (nam incendium vix eſt, vt non culpa inhabitantium [o] fiat) ſed tamen idem iuris in omnibus ob

m.l quod te. ff. ſi cert. pet. l. incendiũ. C. illo tit.

n.l. Meuius. ff. de leg. 2.

o.l. 3. ff. de off. præfect. vig.

bus obſeruari, quantum ad præſens inſtitutum attinet. Ad hæc, ideo quæ caſu accidunt, dicit Imper. non párere liberationem debitori generis: vt ſimul intelligatur, multò minùs ea, quæ dolo vel culpa, tum lata, tum leui, tum leuiſsima contingunt, párere. Ait Imper. AT IS QVI VTENDVM ACCEPIT. SANE QVIDEM EXACTAM DILIGENTIAM CVSTODIENDAE REI PRAESTARE IVBETVR: NEC SVFFICIT EI TANTAM DILIGENTIAM ADHIBVISSE, QVANTAM SVIS REBVS ADHIBERE SOLITVS EST: SI MODO ALIVS DILIGENTIOR POTERAT ILLAM REM CVSTODIRE. Vulgò dicitur, verbum EXACTAM pro EXACTISSIMA poni, cum ſic loquatur alibi Paulus p, ſed nihil eſt opus huiuſmodi interpretatione. Nam quẽadmodum culpam præſtare & diligentiam tantundem valet, quantum exactiſſimam diligentiam præſtare q,ita etiam hic, tam exactam diligentiam exhibere, vt non ſufficiat tantam diligentiam adhibuiſſe, quantam rebus ſuis adhibere ſolitus eſt, ſi modò alius diligentior eſſe poſsit, (quemadmodum hic dicit Imp.) hoc

p.l.j.ff. de act.

q.l. ſi vt certo.§. nũc videndum verſ. cõmodatũ.ff. cõmod.l. cõtractus. ff. de reg.Iur.

hoc inq̃ totũ pro eo eſt, ac ſi exactiſsima diligẽtia diſertis verbis propalã requireretur, qualẽ ſcilicet is exhibet, q circa res alienas cuſtodiẽdas nõ inculpatè ſolùm, id eſt, ad ſuũ modũ etiã probatũ, verùm laudabiliter quoq;. i. vltra ſuũ modũ diligens eſt: non tamen vt raræ alicuius diligentiæ neceſsitas illi imponatur. Et ratio quidem cur tanta diligentia requiratur, eſt, quoniam ſolius rogantis gratia fit commodatum, & eſt ęquum vt is agnoſcat ſolus cuſtodiam, qui commodum & vtilitatem ſolus percipit [r]. Nec ad rem pertinet, quòd is qui precarium rogauit, de dolo tantum tenetur [ſ]: quoniam totum hoc quod in precario eſt (tum priùs tum poſteriùs) liberalitatis eſt, tam reſpectu ipſius peſſeſsionis ſiue rei, quàm vſus eius. Atq; ita fit, vt is, qui ſemper liberalitatem percipit, nullo tẽpore cuſtodia grauari debeat, ne videlicet deſinat eſſe liberalitas, vtpote cùm ſint contraria, liberalitatẽ percipere, & ad cuſtodiam teneri. Sed commodati ea eſt natura, vt in exordio quidẽ ſit volũtatis & officij, pòſt deindè verò neceſſitas [t]: & ideò nihil mirũ eſt, te ſufferre cuſtodiam rei, cùm eius vſum habeas, non

r. d §. nũc videndũ.

ſ. l. quæſitum. ff. de precar.

t. l. in commodato §. ſicut. ff. cõmodat.

mea liberalitate, ſed neceſsitate contractus. Ait Imp. SED PROPTER MAIOREM VIM MAIORESVE CASVS NON TENETVR, Videlicet, quia quæque res perit[v] ſuo domino, & debitor certæ ſpeciei, interitu eius, ſi citra culpam eius intereat, liberatur[a]: quia non poteſt fieri vt conſiſtat obligatio re ſublata[b], & non apparente vlla culpa, quæ in locum rei ſuccedat. Et quòd ea quæ vel vi maiore, vel maiore caſu accidunt, ſine culpa accidunt, nemo dubitat[c]: nã vis maior eſt, quã Græci θεοῦ βίαν appellant, quæ vel tempeſtatibus accidit, ſatis, frumentis, leguminibus authore Plinio, vel ſilente cœlo, vt cum rubigo, vredo, carbunculus ſata corrumpit. Maiores caſus ſunt, naufragia, ruinæ, incendia, mortes animalium, & cæterarum rerum interitus, quæ extra agriculturam ſunt. Ait Imper. SI MODO NON IPSIVS CVLPA IS CASVS INTERVENERIT. Illo enim caſu, culpa ſuccedit in locum rei, & eam repræſentat, quemadmodum ſubindè dolus, in eo qui dolo[d] fecit, quominus poſsideat, quod & in depoſito[e] receptũ eſt, & ideo ſubiungit Imp. ALIOQVI SI ID QVOD TIBI COM-

v.l. incendium. C. ſi cert. pet.
a.l. quod. ff. ſi cert. pet.
b.l. domũ ff. de contrah. emp.
c.l. j. C. ad. l. Cornel. de ſic. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat.
d.l. qui reſtituere. ff. de rei vẽd.
e.l. j. §. ſi rem. ff. de poſ.

COMMODATVM EST DOMI, PEREGRE TECVM FERRE MALVERIS. ET VEL INCVRSV HOSTIVM PRAEDONVMVE, VEL NAVFRAGIO AMISERIS: DVBIVM NON EST, QVIN DE RESTITVENDA EA RE TENEARIS. Aliter enim re cõmodata vſus es, quàm conuenerat, quo caſu non ſolùm commodati, verùm etiam facti[f] teneris, vt Iulianus Lib. 11. ſcribit. Ait Imper. COMMODATA AVTEM RES TVNC PROPRIE INTELLIGITVR, SI NVLLA MERCEDE ACCEPTA, VEL CONSTITVTA, RES TIBI VTENDA DATA EST: ALIOQVI MERCEDE INTERVENIENTE, LOCATVS TIBI VSVS REI VIDETVR. Ratio eſt, GRATVITVM ENIM DEBET ESSE COMMODATVM. Nam quemadmodum Iuſtitia, quæ ſuum cuique tribuit, vel in mera vnius liberalitate conſiſtit, (vt eſt apud Ciceronem) vel in beneficijs hinc indè à duobus dandis: ita etiam contractus omnes, qui ortus ſui principatum ducũt à Iuſtitia, vel gratuiti ſunt, vel mercenarij. Et commodatum quidem niſi gratuitum, nullum eſt, quemadmodum mandatum, depoſitum, quia

f. l. ſiue certo. §. planè. ff. cõmodat.

originem ex officio atque amicitia trahit g, eſtque contrarium officio merces: & interueniente pecunia, res ad locationem & conductionem potiùs reſpicit. Planè quominùs tamen precium commodationis, nó quaſi merces accipiatur, nihil videtur impediméto eſſe, maximè cum in depoſito id expreſſum habeamus h, & in mandato ſæpius honor i interueniat.

g.l.j.ff.mā dat.l.1.ff. de var. & extraord. cognit.

h.l.2.§.ſi in re.ff. vi bon rapt. i.l.ſalariū. l.ſi remunerādi.ff. mandat.

DE DEPOSITO.

DIcit Imp. PRAETEREA ET IS APVD QVEM RES ALIQVA DEPONITVR, RE OBLIGATVR, TENETVR ET ACTIONE DEPOSITI: Cauſſa ſubiungitur: QVIA IPSE DE EA RE, QVAM ACCEPIT, RESTITVENDA TENETVR. Et rectè quidem, quoniam (vt idoneo loco probauimus,) quòd eadem res reddéda venit, id ſolum & vnicum eſt ſignum, quo dignoſci poſsit contractus qui re fit, ab alijs omnibus, quatumuis cognatis & vicinis. Nam in per-

in permutatione, licèt neceſſe ſit aliquid proficiſci, tamen de ea re quæ datur reſtituenda, vel in genere, vel in ſpecie, nihil agitur. Ait, SED IS EX EO SOLO TENETVR, SI QVID DOLO COMMISERIT: Qui quidem dolus, in nullo poteſt permanere impunitus [a]. Adeò, vt nulla pactione effici poſsit, ne dolus malus præſtetur: quanuis ſi quis paciſcatur, ne depoſiti agat, re ipſa id pactus videatur, ne de dolo agat, quod pactum proderit [b]. Sed quemadmodum dolus vindicatur in depoſitario, ita etiã & lata culpa, quæ in doli [c] crimen incidit, punitur. Sequitur, CVLPAE AVTEM NOMINE, ID EST, DESIDIAE AC NEGLIGENTIAE NON TENETVR. Nulla enim vertitur eius vtilitas, ſed ſolius deponentis [d]: & depoſitarius mouens depoſitam pecuniam, furti ſe alligat. Nec facit multum, quòd mandatarius de omni culpa teneture [e]: Is enim recipit procurationem rei in ſe: depoſitarius verò, nihil de ſe pollicens, ſolam affectionem amicalem præſtat. Nam quòd vrgeri poteſt, hoc agi potiſsimùm in depoſito, vt

a. l. j. ff. de dol. mal.

b. l. ſi vn⁹. ſ. illud. ff. de pact.

c. l. quod Nerua. ff. depoſ.

d. d. ſ. nũc videndũ.

e l. à procuratore. C. mãdat. vide. l. idẽ que. ſ. ſi cui verſ. ſi quis. ff. mandat.

res ſeruetur: hactenus verum eſt, ſi de tali cuſtodia intelligas, qualem ſuis quis rebus adhibet, nõ qualem fortè res quæ deponitur, exigit, quod ſecùs eſt in mãdato. Verbum DESIDIAE ET NEGLIGENTIAE declarant curam, quam quis alienis rebus exhibet, vel in ſimplici & inculpata cuſtodia conſiſtere, vt mox dicemus, vel in laudata probataq́ue diligẽtia, quæ maior eſt, & diligentiſsimo patrifamilias conuenit, Quod deinceps ſequitur, ITAQVE SECVRVS EST, QVI PARVM DILIGENTER CVSTODITAM REM FVRTO AMISERIT: partim illationem ex præcedentibus cõtinet: partim demonſtrat, ſi de dolo tantùm teneatur depoſitarius, & non de culpa: multominus eum de caſu fortuito teneri. Nam furtum [f] quidem, aliàs citra culpam quis patitur, veluti ſi à tam idoneo ſeruo fiat, vt non debuerit paterfamilias exiſtimare futurum, vt à quibuſdam malis hominibus deciperetur: aliàs, & quidem regulariter cum culpa: quo caſu habet locũ ratio, quæ ſubijcitur. QVIA QVI NEGLIGENTI AMICO REM CVSTODIENDAM TRADIT: NON EI, SED

f. l. eũ qui. §. idem. ff. de furt.

SVAE

SVAE FACILITATI ID IMPVTARE DEBET. Potuit enim prȩuidere quid hominis eſſet, potuit ſibi pactionibus & ſtipulationibus proſpicere. Sed vt tota res à capite intelligatur, & exactè cognoſcatur, cur in depoſito ſolus dolus verſetur non alienum propoſito facturi videmur ſi & aliorum contractuum gratia, in quibus multa eſt mentio doli, caſus, & culpæ: paucis rem omnem perſtringamus, & quæ cuiuſque natura ſit, ſine tricis aperiamus. Quæcunque igitur de rebus noſtris apud alium aliquem pereunt, vel ab eo cauſam habent, quæ quidem volũtate illius & dolo perire dicuntur: vel extrinſecus & foris citra eius voluntatem, quæ fato ſcilicet, vi maiore, caſu, & fortuitu intercidunt: vel medio quodam modo, quæ tum imperitia fiunt & culpa, tũ incogitantia quadam & negligentia, tũ perturbatione, denique & ſubito quodam, iræ, vel libidinis motu. Et certè, quemadmodum ea quæ primi ſunt modi, dolo vel fieri, vel omitti dicũtur: quȩ ſecundi, fortuito caſu: Ita ea quæ vltimi, culpa. Sed ſunt culpȩ gradus tres, lata, leuis, & leuiſſima. Latȩ culpȩ finis eſt, non intelligere quod oẽs etiã negligentes in

 telligunt

g.l.latę.ff. de verborum ſig. h. l. quod Nerua. ff. depoſ. i.l. in lege ff ad.l. Cor.de ſi. k.d.§.nūc videndū. l.1.§.ſæpè ff.depoſ.l. contract' ff. de ſeg. Iur.l.cuſtodiā. ff. de pericul & cōmod. rei vend. l.ſi cū vendēd.§.venit. ff. de pig.act. l.l.1.ff. de dol. m.d.l. cōtractus. n.d.§.nūc viden. cū ſequente. o. d. l. quod Nerua &l. In lege. p.l.1.§.ſæ-

telligunt g, idq́; vel cum ſuſpicione doli, vt cùm quis diligentior in ſuis eſt quàm in alienis h: vel ſine vlla ſuſpicione, vt in nimia imperitia i. Leuis eſt, nō fungi boni patrisfa. officio, idque vel mediocris qui culpam vitat: vel diligentis qui etiā laudem meretur, qui & diligentiſsimus ſæpe dicitur: Nam plus eſt diligentiam præſtare, quàm ſimplicem cuſtodiā vel caulpam k. Leuiſsima culpa eſt non facere quod diligentiſsim' paterfamiliâs facit, idq́; vel ad communē rationē, (ſunt enim in communi vita multi diligentiſſimi) vel ſingularem & accuratā, quales rari & perpauci reperiuntur. Iam quantum ad ius cuiuſque attinet, regulæ breuiter ſunt hæ. De dolo l tenētur omnes. De caſu fortuito nemo, niſi qui ſe nominatim obſtrinxit m, vel rē æſtimatā n accepit. De culpa o lata oēs in cōtractibus quēadmodū & de dolo p: in delictis verò de lata culpa, q́ calliditatē habet quidē, ſed nō de altera. De leuiſsima (q́ circa diligētiſsimā patrūfamiliâs diligentiā peccat) nō tenetur quiſquā regulariter, nō magis, qùā de fortuito caſu: niſi ſi fortè obtulerit ſe alicui rei, quod ſuſpitionem parit, vt in tutela: vel ſolus commodum con-

cōtractus ſentiat, vt in commodato: vel talem aliquem alium excluſerit q , vt in negotijs gerendis:nam hoc etiam facit, vt quis ad lectiſſimi ſubindè ac rariſsimi etiam patrifamilias diligentiam obſtringatur. De leui culpa, quæ cuſtodiam ſolam habet, tenētur illi, qui in eo verſanť negotio, in quo vtriuſque contrahentiū vtilitas ſine vlla alteri' prærogatiua vertitur, vt in locato conducto. De illa quæ præter cuſtodiā, diligentiam quoq; reqrit, illi qui ex contractu, duorum cauſa conſtituto, paulò plus ſperant quàm alter, vt in vēditione ac pignore, ſecundū quod dicetur latiùs in inferioribus. Atq; huc vſque de vniuerſa doli & culpæ ac fortuiti caſus ratione, quantumcunque ſe effundant in infinitum interpretes: parit em̄ prolixitatē ignorantia Nūc verò redeam' ad id, vnde digreſsi ſum'. Quòd igitur in propoſito nō obligatur depoſitarius ad leuiſsimam culpam, nec vnam nec alterā, inde planum fit: quòd ad eam nemo, niſi qui ſe obtulit, vel alijs præpoſuit, obſtringatur. Quòd verò nō ad leuem, nec quæ cuſtodiam habet, nec quæ diligentiam, ex eo: quòd neq; vtriuſque, depoſitoris & depoſitarij, neque depo-

pe ff. de pos.
q. vid. l. ſi pupilli. ff. de neg. geſt.

depoſitarij tantùm gratia, natura ſui fiat. Quòd verò tandem de dolo tenetur: tũ ex communi regula indubitatiſsimum eſt, tum quod nuſquam ſit grauius fidẽ fallere, & malitioſè verſari, quàm in depoſito [r], quod ſacroſanctum eſt, & abnegare ſceleratum. Nam quòd apud Indos depoſitio prohibita fuit, non de hac noſtra eſt exaudiẽdum, ſed de ea quæ apud fœneratores & trapezitas ſub crediti titulo fieri ſolet, cuius Demoſthenes, Iſocrates, & noſtri etiam conſulti ſubindè meminerunt[s] Nã ad ædẽ obſignationes. & itẽ ſequeſtrationes, in quibus etiã poſſeſsio trãſfertur [v], in depoſitionũ numerum quoque referuntnr, licet ab ea qua de hic agimus, nonnihil differant.

r.l.1.ff. de pos.

s.l.ſi hominem.ff. depos.

t.l. eius. §. vlt. ff. depos.

v.l.licet.ff depos.

DE PIGNORE.

IMp.ait, CREDITOR QVOQVE QVI PIGNVS ACCEPIT RE OBLIGATVR: Ratio ſubiungitur, QVIA ET IPSE DE EA RE QVAM ACCEPIT RESTITVENDA TENETVR ACTIONE PIGNORATITIA Et rectè quidem pignoratitia, quia fit nonnun-

nonnunquam, vt quod datum eſt, repetatur quidem, ſed non titulo illius contractus, quo in exordio negotium geſtũ eſt, vt ſi fortè pœnitentia ductus rem repetat, vel ob cauſam datum, cauſa non ſequuta condicat [a]: quanquam ſint & plures aliæ notæ, quibus illiuſmodi contractus, ab alijs qui re fiunt, diſtinguantur, Iam verò quòd hodie pignus contrahitur non ſolùm traditione, verùm etiam nuda conuentione, & ſi traditum [b] non ſit, propter res immobiles ſiue ſoli eſt comparatum, quę vt corporaliter pignori opponantur, non eſt peræq; ſemper commodum: eò magis quòd etiam ſæpenumero, procul ab ijs prædijs, de quorum nexu agitur, contrahatur. Et eſt propriè pignus ſi verbi ductum ſequare quod ad creditorem tranſit [c]. Hypothetica, cũ non trãſit poſſeſsio ad creditorẽ. Ait Imp. SED QVIA PIGNVS VTRIVSQVE GRATIA DATVR, ET DEBITORIS, QVO MAGIS PECVNIA EI CREDATVR: ET CREDITORIS, QVO MAGIS EI IN TVTO SIT CREDITVM: PLACVIT SVFFICERE, SI AD EAM REM CVSTODIENDAM EXACTAM DILIGENTIAM ADHIBERET.

a. l. ſi. ego. l. vlt. ff. de condict. ob cauſ.

b. l. 1. ff. de pign. act.

c. l. ſi rem. §. 1. ff. de pig. act.

Satis

Satis em̃ ſuperq; probatũ eſt in anterioribus, quoties vtriuſque cõtrahẽtiũ vtilitas vertiẽ, toties cõmunis cuſtodiæ vinculũ contrahi. Nec debet verò nos turbare quod Vlpia. d dicit, Venit in hac actione & dolus & culpa vt in commodato, venit & cuſtodia: Vis maior nõ venit: Sunt enim duo contractus extremi, quibus tota ratio cuſtodiæ, tanquã normis quibuſdã & regulis dirigitur, depoſitũ ſcilicet & cõmodatũ. In depoſito debet quis ad ſuũ modũ eſſe diligens, ad nihil aliud, nec vltra nec citra obſtrictus. In cõmodato nõ reſpicitẽ ad eius, qui rogauit, grauitatẽ aut deſidiã, ſed ad comunẽ hominũ rationẽ & conſuetudinem, vt diligẽtiſsimi patrisfamiliâs curã prꝑſtet. Cũ ergò in emptione venditione e, & itẽ in pignore dicitur, diligentiam eo modo æſtimandam eſſe, quo in cõmodato, nõ ſic eſt interpretandũ, quaſi parem diligẽtiam cum commodatario debeant exhibere venditores & creditores, ſed ſimilẽ, vt quæ exigenda ſit & examinanda, nõ ad eius, de quo quæritur, vitam & mores, ſed communes omnium vbique hominum. Et iam cùm dicit Vlpia. Venit in hac actione & dolus & culpa, vt in cõmodato,

d.l.ſi cum §.vlt.ff.de pig.act.

e. d. l. cuſtodiam.

dato, ſupple vt non, quemadmodùm in depoſito, ad poſſeſſoris diligentiam, ſed communiter omnium hominũ, reſpiciatur. Et quod ſubdit, venit & cuſtodia, ſignificat non ſolũ inculpatam cuſtodiam præſtandam eſſe, qualis præſtatur à conductore, verùm etiã laudabilẽ, qualis à vẽditore: quia ſcilicet duplo maius eſt commodũ, quod percipit ex pignore creditor, quàm debitor, propter lucrum poſſeſsionis, quod longè ſecùs eſt in cõductore, quanquam tamẽ illud commodum non ſit tantum, vt ob id de leuiſsima culpa (quæ hic ſecundũ rẽ ſubiectam exprimitur per vim maiorẽ) teneri debeat, quod etiam atq; etiam diligenter nota. Planè quòd in prætorio pignore, ſolus dolus ſpectatur, indè receptũ eſt, quòd nihil aliud quã obſeruationẽ rei poſſeſſæ habeat creditor, quemadmodũ depoſitarius [f]. Quod autem dicit Imp. PIGNVS VTRIVSQVE GRATIA DARI, vel ex eo quoque fit clarum, quòd apud Veteres fiduciæ, & fiduciariæ actionis vocabulum, pro pignore & pignoratitia actione fungi ſoleat, vt eſt apud Iuliũ Paulũ in ſentẽtijs. Illud annotandũ verbũ, EXACTAM DILIGENTIAM ſolũ poſitum,

f. l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.

poſitum,abſque alijs quæ alibi adduntur,ad leuem tantùm culpam pertinere. Ait Imp QVAM SI PRAESTITERIT, ET ALIQVO FORTVITO CASV REM AMISERIT, SECVRVM ESSE, NEC IMPEDIRI CREDITVM PETERE, res enim perit ſuo domino: Et quemadmodum in emptione,venditione, re extincta, damno emptoris pretium nihilominùs exigi poteſt g: ita etiam hîc deperdito pignore, manet nihilominùs pſecutio debiti.Obiter notandum eſt,fortuiti caſus appellatione,nunc vim h maiorem, nunc leuiſsimam culpam, nunc etiam alteram partem leuis cùlpæ, nunc aliud atque aliud pro re ſubiecta ſignificari:quod quidem & circa cuſtodię diligentiæque vocabula contingere, manifeſtum eſt.

g. §. cum autem. In. de empt. & vend.

h. vid. notat in. l. q̄ fortuitis. C. de pig. act.

IOACHI-

IOACHIMI HOP=PERIPHRISII IVRECONSVLTI AD IVSTINIANVM DE OBLIGATIONIBVS ΠΕΙΘΑΝΩΝ

Liber Secundus.

De Verborum obligationibus.

VERBIS obligatio contrahitur ex interrogatione & reſponſione, cùm qd dari fieríue nobis ſtipulamur, ex qua duæ ꝓficiſcuntur actiones, tam condictio certi, ſi certa ſit ſtipulatio: quàm ex ſtipulatu, ſi incerta ſit, quæ hoc nomine indè vtitur, quòd ſtipulum apud veteres firmum appellabatur, fortè à ſtipite deſcendés. In hac re olim talia verba tradita fuerunt, Spondes? ſpondeo. Promittis? promitto. Fide

 pro

luti:Decem aureos primis kalendis Martijs dare ſpondes? Id autem quod in diem ſtipulamur,ſtatim quidem debetur, ſed peti priuſquam dies venerit,non poteſt.At ne eo quidē ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt,peti poteſt,quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debet.Neq; enim certum eſt,eo die in quem promiſſum eſt,datum non eſſe, priuſquam is præterierit. At ſi ita ſtipuleris,decem aureos annuos, quò ad viuam dare ſpondes?& purè facta obligatio intelligitur, & perpetuatur, quia ad tempus non poteſt deberi, ſed hæres petendo, pacti exceptione ſubmouebitur. Sub conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquem caſum differtur obligatio, vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio :veluti, Si Titius conſul fuerit factus, quinque aureos dare ſpondes? Si quis ita ſtipuletur,

ſi in Capitolium non adſcendero, dare ſpondes? perinde erit, ac ſi ſtipulatus eſſet cùm morietur, ſibi dari. Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri, eamq; ipſam ſpẽ in hæredẽ tranſmittim⁹, ſi priùs q̃ conditio extet, mors nobis contigerit. Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent, veluti, Carthagini dare ſpondes? quæ ſtipulatio licet purè fieri videatur: tamen ipſa habet tẽpus adiectum, quo promiſſor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideò ſi qs Romæ ita ſtipuletur, Hodiè Carthagini dare ſpõdes? inutilis erit ſtipulatio, cùm impoſsibilis ſit re ꝓmiſsio. Conditiones quæ ad p̃ſens vel preteritum tẽpus referuntur, aut ſtatĩ infirmant obligationẽ, aut omnino non differunt, veluti, ſi Titius conſul fuit, vel, ſi Meuius viuit, dare ſpondes? Nam ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio, ſin autem ita ſe habent,

ſtatim

ſtatim valet. Quæ enim per rerum naturam ſunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta ſint. Non ſolùm res in ſtipulatũ deduci poſſunt, ſed etiam facta, vt ſi ſtipulemur fieri aliquid vel non fieri, & in huiuſmodi ſtipulationibus optimum erit pœnam ſubijcere ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit, ac neceſſe ſit actori probare, quòd eius interſit. Itaq; ſi quis vt fiat aliquid, ſtipuletur, ita adijci pœna debet, Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes? Sed ſi quædam fieri, quædam non fieri, vna eademque conceptione ſtipuletur qs, clauſula huiuſmodi erit adijcienda, ſi aduerſea factũ erit, ſiue qd ita factũ non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?

TITVLVS.

HVic tractatui ſubinde pręſigũt Titulũ de obligationibus, quaſi quæ re aut conſenſu contrahuntur, ſub rerum creditarũ Titulo potius, vt inquit Iureconſultus, inſeri debeant [a], ſubindè De ſtipulationibus, vt quæ hoc loci ſolæ dominentur: ſubindè De contractibus, vt apud Iuliũ Paulũ, & in LL. 12. tabularũ: ſubindè deniq; De verborũ obligationibus, vt hic. Nam quòd [b] pactiõis vocabulũ tũ apud Plautũ, tũ & alibi pro ſtipulatione accipiĩ, ſatis peruagatũ eſt, cũ clarũ ſit, quocunque te referas, nullã eſſe totius iuris partem, quæ non verborũ ſolennitatib' fulciatur: vt non immeritò dictũ ſit à veteribus, vniuerſæ ciuilis ſapientiæ breuiarium quoddam, in hunc tractatũ congeſtũ & collatũ eſſe. Et quidem quemadmodũ emptiones & vẽditiones ad teſtamẽta, emãcipationes, matrimonia ſolent accommodari [c]: pari modo ſolent ſtipulationes ad ſponſalia, rogationes legũ, fœdera pacis, & alia conſimilia referri: quanuis eñ ea quę re vel cõſenſu fiũt, ad

certum

a. l. 2. ff. ſi cert. pet.

b. l. iuriſgent. §. ꝙ ferè. ff. de pact.

c. §. 1. Inſt de teſtam. §. prætere. i. Inſt. qb. mod. ius. pat. po. ſo.

certũ aliquem numerũ ſunt redacta: tamen quæ verbis, &, vt nunc ſunt res, literis cõſtant, innumera ſunt, & ad infinitũ porrecta Sed Imp. noſter priuſquam de perſonis, ſpeciebus, & formis ſtipulationum tũ vtilibus, tũ inutilib' pertractat, præmittit generalẽ Titulũ de verborũ obligationibus, quo paucis continetur, Quid verborũ obligatio, & qua forma fieri debeat: Itẽ quomodo diuidatur in eam, quæ pura eſt, & in diẽ, & ſub conditione, & quarum tandem ſit rerum: de quibus ſingulis explicandum.

DE DEFINITIONE, EFFECTV, NOMINE, AC FORMA VERBORVM OB-ligationis.

AIt Imp. VERBIS OBLIGATIO CONTRAHITVR EX INTERROGATIONE ET RESPONSIONE, CVM QVID DARI FIERIVE NOBIS STIPVLAMVR. Hæc definitio, tum naturalem formam obligationis verborum cõtinet, tum materiam ſubiectam, tum ciuiem circa eam obſeruationem. Quod eñ

primò dicitur EX INTERROGATIONE ET RESPONSIONE, formam explicat, quæ quidem cóparata eſt, vt certa & indubitata ſit volũtas contrahendi, & omnis ambiguitas per verborum hinc indè [a] relationem, amoueatur: excluſis inſuper ijs, quæ vel nudo pacto, vel pollicitatione ſolius offerentis, conſtituunt [b]. Quod deindè ſequitur: CVM QVID DARI FIERIVE, materiá vniuerſam, q̃ in obligationem venire poteſt, comprehendit [c]. Nam tanta eſt vtriuſq; verbi latitudo, vt nihil ſit quod non vel ad alterutrum, vel certè ad vtrũq; referri poſsit. Et tot ſunt ferme genera (vt inquit Põponius [d]) ſtipulationum, quot penè rerũ contrahendarũ: ſolentq́; ad diuerſas res, aliæ atque aliæ conceptiones, (quib⁹ excogitãdis nimio dicit opere, ſui tẽporis Iurecõſultos occupatos fuiſſe Cicero) adhiberi, quarũ etiamnũ hodie ſupſunt veſtigia quædã apud Mar. Varro. de re ruſtica: vbi priſcæ illius formulæ, quæ in mãcipijs pecudum obſeruabãt, meminit. Quod tandem additur. NOBIS STIPVLAMVR, Iuris ciuilis eſt. Nam ſtipulatio nihil aliud eſt [e], quàm ſolennnis quædã & certa verborũ conceptio, quæ efficit, vt to-

a. Vid. l. j. C. de vſur. l. j. ff. de interrogat. act.

b. l. pactũ. ff. de pollicit.

c. l. 2. ff. de verb. obligat.

d. l. ſtipulationum. ff. de verb. oblig.

e. l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig.

vt totus iſte actus ſit publicus. Et ſanè quemadmodum in definitione teſtamenti, quędam clauſulę deſcribunt propriam eius naturam, quòd ſcilicet ſit voluntatis noſtræ ſententia, de eo quod poſt mortem fieri velimus: quædam verò ſignificant, non poſſe tamen eam voluntatem, ad exitum perduci, niſi iuſta ſit, & ſecundum legitimam obſeruationem ordinata: Ita etiam in hac definitione, quæ hactenus expreſſa ſunt, deſcribunt nobis ſubſtantiam ipſam obligationis verborum: Sed hæc adiectio STIPVLAMVR demonſtrat tacitè, quid nam tandem porrò ſecundum iuris ciuilis regulas conueniat obſeruari, vt pro publico actu habeatur. Quid igitur illud tandem eſt? quid vocamus ſtipulari? aut hoc nomen, in qua nam ſolennitate ponimus? Certè obſcura res eſt, & haud ſcio an quicquam haberi poſsit explorati. Ego quãtũ ex cõſultis noſtris Plauto, Cicerone, Plinio, Seneca, colligere potui, puto ſolemnitatem omnem ſtipulationis, in eo ſecundum veteres collocari, vt in teſtationem referatur, idque vel aduocatis teſtibus, vt apud Senecam: vel confectis ſcripturis, vt apud Cicero-

nẽ & Iureconſultos paſsim d: vel datis arris e, vt apud Plinium : vel corã populo, vt apud Plautum : vel ad acta coram tabellione, ſecundum quod nos hodiè vtimur. Nam niſi tale aliquid accedat interrogationi & reſponſioni, non video, cur plus in ea firmitudinis ſit, quàm in nuda ſimplicique conuentione. Adde, quod ſolennia omnia, in quibus eſt & ſtipulatio, publica [f] ſint, & propalam fiant. Et eſt incunctabile, conceptiones omnes, formulas quaſdam eſſe publicè compoſitas g, & ſuis quaſque rebus deſtinatas: quas veriſimile eſt, non tã populo notas fuiſſe, quàm Magiſtratibus, Prętoribus, & ſeruis publicis, quibus præeuntibus interponerentur. Equidem ſtipulandi verbum (quod nomen dedit huic actui) ad vtrunque reum tam promittendi quàm ſtipulandi pertinet [h], licet frequentiùs ad eũ qui rogat, quàm qui promittit, accõmodetur. Planè antequàm ad ipſas ſtipulationes veniatur, ſolent præcedere fermè pactiones quædam, quas præfationes appellat iureconſultus, quibus conuenit inter reos, qua forma rogare debeat ſtipulator, vt eſt apud Plautum in Pſeudolo. Hæc ergo defini

d. l. lecta. ff. ſi. cert. pet. l. ſciẽdũ. ff. de verb. obligat. §. itẽ verborũ infra de Inutilib. ſtip. e l. j. C. de ſpõſalib. & aer. iuncta. l. j. ff. de ſponſa lib.

f. argũ. l. diuus. ff de in integ. reſt.

g l. 2. ff. de orig. Iur, § itẽ per acc ulat. infra qb. mod. toll. obligat.

h. l. ſi non ſeruũ. ff. ſi cert. pet. §. infra prox. in verb. ſi vterq; ſtipulaat.

definitio ſtipulationis. Ait Imper, EX QVA DVAE PROFICISCVNTVR ACTIONES, TA[illegible]NDITIO CERTI, SI CERTA SI[illegible] STIPVLATIO, QVAM EX STIPVLATV, SI INCERTA SIT: Ideo condictio certi, ſi certa ſit ſtipulatio: quoniam omne id quod in ſtipulatum deducitur, in crediti cauſam incidit[k]. Et ideò apud Caium in Inſtitutionibus, ſtipulator, generali nomine, dans, ſubaudi pecunias mutuas, & promiſſor, accipiens appellatur. Et apud Ciceronem, in ſolis numerationibus, ſtipulationibus & expenſolatis cōdictitia actio reddi dicitur. Vt interim illud ſilentio præteream, quòd veteribus mos fuerit, ante omnem numerationem pecuniæ, vt plurimum ſtipulationem l facere de ſoluendo, & item ſi quid ex quacunque cauſa deberetur, id in verborum obligationem, quo creditum fieret, deducere. At ſi incerta ſit ſtipulatio, cur non agitur incerti condictione, ſed potiùs actione ex ſtipulatu? proprius eſt tunc demum incerti condici, cùm negotium ſui natura ſapit quaſi creditum, vt cùm indebitum ſoluitur: quo caſu ſiquidem certum ſit quod

i.l.Titia.§. idē reſpōdit. ff. de verb. obligat.

k. argū.l. ea quæ. ff. de donat. inter. vir. & vxor.

l.l.§ pecuniā.l.lecta ff.ſi cert. pet.l.ſi ſilius fa.§. vlt. cū.3. ſeq. ff. ad Macedon.

quod debetur, condicitur per eam condictionem quæ indebiti vocatur: ſin verò incertum, [illegible] eam quæ incerti [m]. Cæterùm quantum ad ſtipulationem attinet, non eſt eadem ratio. Nam ſtipulatio natura ſui, neque huius neque illius contractus habet ſpeciem, ſed adhibetur & accommodatur æqualiter ad omnes. Etſi contingat certum eſſe quo de agitur, iam accipit crediti naturam, videlicet quia certum eſt quod debetur: Sin verò incertum, non accipit quaſi crediti naturam: & ideo non condictionem parit, ſed actionem ſui nominis ex ſtipulatu, cum in indebito ſoluto & ſimilibus, ipſum negotium formam quandam crediti referat, ſiue certum ſit quod debeatur, ſiue incertum. Appellatur [n] autem in hoc arguméto certum, quod ex ipſa pronunciatione apparet, quid, quale, quantumq́; ſit. Cōtrà, incertum, de quo non apparet, quid, quale, quantumq́; ſit in ſtipulatione. Ait Imp. QVAE HOC NOMINE INDE VTITVR, QVOD STIPVLVM APVD VETERES FIRMVM APPELLABATVR. FORTE A STIPITE DESCENDENS. Memoria teneo, apud Marc, Varro. à ſtipe, id

m. l. ſed & ſi. §. i. ff. de cōdict. in debit.

n. l. ſtipulationum cū. l. ſeq. ff. de verb obligat.

pe, id

pe,id eſt,modico ære,deduci ſtipulatio nem(ſolet enim in etymis &notionibus nominum variè ludi,)ſed recidit eodẽ cum eo,quod hic dicit Imperator. Nam & ſtipis quoque nomen, à ſtipando, & in vnum cogendo,collatum eſt. Ita vt planè veriſimile ſit, à vi & effectu potiùs,ſiue firmitudine,(quam ſummam habet ſtipulatio,)nomen tractũ eſſe,quàm ab ære:cùm præter pecuniam numeratam, etiam alia permulta in eam veniant:niſi fortè à ſtipula (quæ quemadmodum pecus pecuniæ,ita ſtipi nomen dediſſe videri poteſt)quis malit originem petere. Nam conſtat eam, etiamnum hodie quibuſdam negotijs adhiberi, quemadmodum follis, clauis, & gleba ſolet. Sed non diſplicet Iuſtiniani coniectura:ſi enim palus à pacto ſecundum Grammaticos dictus eſt, cur non vice verſa, ſtipulationem à ſtipite, propter firmitudinem,licebit dicere denominatam?Sed relinquãtur iſta ſpinoſiùs diſputãda Grãmaticis, καὶ σκιπτούχοις παίδων βασιλέως. Ait Imp. IN HAC RE OLIM TALIA VERBA TRADITA FVERVNT: SPONDES? SPONDEO, PROMITTIS? PROMITTO. FIDEIVBES? FIDEIVBEO. DABIS?

DABO

DABO. FACIES? FACIAM. Quoniã enim exactis Regibus, experientia didicerat populus Romanus, nihil eſſe perniciοſius in Republ, quàm nulla deſcripta lege perlata, viuere °: acceptis Legibus. 12. Tab. nihil viſum eſt Põtificibus, apud quos tum temporis legis actio reſidebat, præſtabilius, quàm certas quaſdam & ſolennes, tum iudiciorum, tum rerum contrahendarum formas deſcribere: & eas ſic cõcipere, vt & rebus quoque ad quas adhiberẽtur, aptæ eſſent ac conuenientes. Et ideò SPONDENDI PROMITTENDIQVE verba, viſa ſunt conuenire ipſis principalibus reis, ſiue publicè ſiue priuatim contrahentibus: FIDE PROMISSIONIS ET FIDEIVSSIONIS, adſtipulatoribus & adpromiſſoribus, & ijs qui pro alijs fidẽ ſuam interponunt. DANDI DENIQVE AC FACIENDI, communiter omnibus, tam principalibus, quàm ijs qui alĩus obligationi accedunt. Ait Imp. VTRVM AVTEM LATINA, AN GRAECA!, VEL QVALIBET ALIA LINGVA STIPVLATIO CONCIPIATVR, NIHIL INTEREST: SCILICET SI VTER-

QVE

QVE STIPVLANTIVM INTELLECTVM EIVS LINGVAE HABEAT: NEC NECESSE EST EADEM LINGVA VTRINQVE VTI, SED SVFFICIT CONGRVENTER AD INTERROGATA RESPONDERE. QVIN ETIAM DVO GRAECI LATINA LINGVA CONTRAHERE POSSVNT OBLIGATIONEM. Nihil dubito, quin hîc multi ſint admirati, quidnam in mentẽ veniat prudentibus noſtris, quòd hiſce tam exiguis (vt quidem videtur) de rebus controuertant [p]. Sed cùm regula iuris Ciuilis ſit, de ſolennibus nihil temere mutandum [q] eſſe: facilè factum exiſtimo, vt priſca illa & ſtricta ſolẽnitas, ſcrupulum nonnullum ijs iniecerit. Et certè in his obligationibus [r], quæ nominibus fiunt, eadem cauſa factum eſt, vt etiã de figuris literarum diſputationem facere cœperint veteres, qui vel per notas & ſtigmata (vt eſt apud Ciceronẽ) vel per literarum conſequentias, ſcribebant [ſ]. Et ſanè Tyberius Cęſar vnum verbum Grecũ in edictis repertũ, iuſsit induci, indignũ ratus maieſtate populi Romani, eum deuictarum à ſe gentium linguam

p. l. j. §. vlt. ff. de verb. obligat.

q. l. Diuus. ff. de in integ. reſtit.

r. l. nõ figura. ff. de acti.

ſ. l. vlt. C. de verb. iur. enucl.

guam vſurpare: Quanquam tamen poſtea tantus linguæ Græcæ vſus eſſe cœperit Romæ, vt exceptis Prętorum t decretis, reliqua omnia etiam Iudicialia Græcè expedirentur v: & inter conſultos, non tam de Græca, tanquam familiari, quàm de Aſſyria vel Pœna cœperit conſultari. Sed tamen, etiam ante illa tempora probatum eſt, nihil obſtare quò minùs ita quoque ſtipulationes concipi poſsint, ſi modò vterque ſtipulantium intellectum eius linguæ habeat, ſiue per ſe, ſiue per verum interpretem x. Ratio autem eſt ſecundum Vlpianum, quia quemadmodum hoc Iure vtimur, vt Iuriſgentium ſit acceptilatio, quantum ad vſum & tractationem communem attinet y: (nam origine eſt iuris Ciuilis) ita etiam neceſſe eſt ſtipulationem, quæ acceptilationi eſt oppoſita, Iuriſgentium eſſe, & alijs etiam externis & peregrinis permitti. Atque hoc ita, propter Ius mercatus, quod omnium gentium commune z eſſe debet: licèt cæteròqui ea quæ Iuris Ciuilis ſunt, non pateant alijs quàm ciuibus Romanis a. Ait Imper. SED HAEC SOLENNIA VERBA, OLIM QVIDEM

t. l. decreta. ff. de re iud.
v. l. ſed et ſi. §. j. ff de inſtitor.
x. l. j. §. vlt. ff. de verb. oblig.
y. l. an inutilis. §. vlt. ff. de accept.
z. l. quidã. ff. de pœn.
a. §. 1. Inſt. de patr. pot.

DEM

DEM IN VSV FVERVNT, POSTEA AVTEM LEONINA CONSTITVTIO LATA EST, QVAE SOLENNITATE VERBORVM SVBLATA, SENSVM ET CONSONANTEM INTELLECTVM AB VTRAQVE PARTE SOLVM DESIDERAT, QVIBVSCVNQVAE TANDEM VERBIS EXPRESSVM SIT. Multa ſalubriter ab initio conſtituta, pòſt deinde malis vtentium moribus corrupta, neceſſariò abrogantur. Poſtquam actionum & contractuũ formulæ magno reipublicæ bono excogitatæ, ad captiones & aucupia ſyllabarum, quibus rudes caperentur, redigi cœperunt, extitit Leo Imperator, qui conceptionibus ſublatis, naturalem ineundæ ſtipulationis formam introduxit [b]. Quæ quidem forma hactenus ad huc ſolennis manet, vt per interrogationem & reſponſionem, & ſub teſtificatione, quæ à nudò eam pacto facilè ſeparat (de quo multi ſine cauſa dubitant) fieri debeat: Hactenus verò libera eſt & naturalis: vt quibuſcunque verbis, quæ quidem vſu communi recepta ſunt, & trita, non alijs [c] celebrari poſsit, modò ſenſus vtriuſque loquentis audientiſq;, & con-

b. vid. l. j. C. de formul. ſub- lat.

c. l. Labeo ff. de ſuppel. leg.

& conſonans intellectus adſit. Atq; hæc res facit, vt quemadmodũ olim libera erat oratio, accipientis ſiue promittẽtis: (poterat enim ſtipulatus aliquis an promitteret, reſpondere d: quid ni? neglecta formula) ita nunc, vtriuſque ſoluta ſint & libera verba. Planè huius Leonis Imperatoris, multę reperiuntur paſsim, tum apud Hermenopulum, tum alibi conſtitutiones æquiſsimæ, & ad Chriſtianæ religionis rationem accommodatæ. Et Iuſtinianus noſter, ideo nonnunquam altiùs repetitis principijs, veterũ obſeruationes exponit, vt ne quid antiquitatis penitus ignoretur, & quibus quaſi progreſsibus & occaſionibus, ad hoc vſquam iuris peruentum ſit, demonſtretur e. Nam haud ſatis eſt in quibuſdam, ipſum præſentem ſtatum reipulicæ tenere, niſi ſimul etiam, quibus varietatibus ad eum paulatim peruentum ſit, intelligatur.

d. l. j. §. ſi quis ira. ff. de verb. oblig.

e l. vnic. C. de cad. toll. §. 1. Inſt. de teſtam.

IMp.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM, ET DE EA STIPVLATIONE QVAE PVRA EST.

IMp. ait, OMNIS STIPVLATIO, AVT PVRE, AVT IN DIEM, AVT SVB CONDITIONE FIT. Ratio in promptu eſt, quoniam omne id quod dari fieríue promittitur, vel neceſſe eſt in præſens concipi [a], vnde pura exiſtit ſtipulatio: vel in futurum, vnde reliquæ duæ: Nam omne id quod in futurum tempus proſpicit, vel eſt certum, quale id, quod ad diem promittitur [b]: vel in certum, quale, quod ſub conditione. Scio alibi [c] alia quoque membra poni, ſed ea nihil ad præſentem tractatum. Nam quòd nonnulli de actibus legitimis ſunt, qui neque diem recipiunt, neque conditionem, in quibus eſt & acceptilatio [d], non debet nos

a. l. cū qui §. quoties. ff. de ver. obligat.

b. l. quod ſi ſub. ff. de cōdict. indeb.

c. l. obligationū. ff. de act.

d. l. actus. ff. de reg. Iur.

vnquam[i] conditus. Sequitur, ID QVE CONFESTIM PETI POTEST. Vbi enim cauſa præſens eſt, ibi & effectum præſenté eſſe neceſſe[k] eſt. Quod tamen ſic accipe, vt cum temperamento quodam & ſpacio temporis intelligatur, ſicut in legato[l], cùm de repellendo quæritur, ſpatium quoddam temporis aſſumitur, nec minimum, nec maximum, & quod magis intellectu percipi, quàm ipſa loquutione exprimi poſsit, Sed tamẽ, ſi antè petat Reus ſtipulandi, quàm illud modicum tempus effluxerit, non cadit, in Zenonianam, quaſi plus petens tempore. Nam aliud eſt diem non veniſſe ſecundum iureconſultũ[m], aliud propter benignitatem, ne præcipitari debitor videatur patiensiam pręſtare.

i. l. 2. ʃ. purus. ff. de relig.
k. l. 1 ff. ꝙ quiſque iur.
l. l. ratũ. ff. de ſoluc.
m. l ſi cũ militi. ʃ. vlt. ff. de cõpenſat.

DE STIPVLATIONE in diem.

IMp. ait, IN DIEM, CVM ADIECTO DIE QVO PECVNIA SOLVATVR, STIPVLATIO FIT: VELVTI, DECEM AVREOS PRIMIS CALEMDIS MAR-

MARTIIS DARE SPONDES? Quod principiò dicitur ADIECTO DIE, ponitur ad differentiam ſtipulationis puræ, conditionalis, & eius quæ modum habet vel acceſsionem: Nam in nulla earum adijcitur dies [a]. Quod deinde ſequitur: QVO PECVNIA SOLVATVR: excludit obligationem ad diem. Nam circa diē duplex inſpectio eſt: vel enim ex die incipit obligatio, vel cōfertur in diem. Ex die, Veluti Kalendis Martijs dare ſpondes? Ad diem, vt vſque ad Kalendas dare ſpondes? Verbū PECVNIA ſeparat hāc ſtipulationem, quæ communis eſt, à ſponſalibus, quæ & ipſa per ſtipulationem aliquando contrahi ſolēt [b]. Verbum SOLVATVR, ſignificat diem non differre ipſam obligationem, quæ eſt vna pars ſtipulationis: neque petitionem, [c] quæ eſt altera, ſed ſolutionem tātùm, quæ eſt tertia. Ratio vnius eſt, quia tempus non eſt modus tollendæ aut inducendæ obligationis. [d] Nam quemadmodum ea, que Iuris ſunt (vt exēpli gratia Poſtliminium) non reſtituunt ea quę facti, cuiuſmodi eſt poſſeſsio [e]: Ita per cōtrarium ea quæ facti, cuiuſmodi eſt tēpus: nihil pertinent ad ea corrumpenda

a. l. obligationū ferè. ff. de act. & obligat.

b. l. 1. ff. de ſponſalib.

c. l. 1. in executione. ff. de oblig.

d. d. l. obligationum ferè.

e. vid. l. in bello. §. medio. ff. de capt.

quę

quæ ſuut Iuris, qualis eſt obligatio. Ratio alterius eſt, quia dies cenſetur apponi ſtipulationibus in fauorem debitoris, non verò in odium [f] creditoris: & ideo verum eſt, vnà cum obligatione, natam eſſe actionem, licet nondum exerceri poſsit. Nam ſi ſua ſponte ſoluat debitor, adeò debitor eſt, vt de eo quod ante diem ſolutum eſt, repetendo, deficiatur conditione [g]. Ratio tertij eſt, quia vt ad minus ſolutio differatur, hoc vel expreſſim agitur, vel ſaltem debet intelligi tacitè ac ſilentio agi, ne fruſtra videatur tempus adiectum. Quod tãdem dicitur STIPVLATIO FIT, ponitur ad differentiam earum obligationũ, quę in certum locum, vel de fructibus naſcituris concipiuntur, quæ puræ ſunt, licet ipſa habeat tempus adiectum [h]. Iam autẽ quod in exemplo PRIMIS KALENDIS dicitur, non tam otioſum eſt quàm vulgò putatur. Nam cùm non additur, quibus Kalendis Martijs dandum ſit, facti quæſtio inducitur, quid fortè ſenſerit promiſſor, hoc eſt quid actum ſit in præfationibus [i]: illud enim ſeruandum eſt, & ſi id non appareat, tunc demum dicitur primas Kalendas Martias

f. l. cũ qui §. 1. ff. de ver. oblig.

g. l. in diẽ. ff. de condict. indebit.

h. l. interdũ. ff. de verb. oblig.

i. d. l. Titia

k.l.eũ.ff. de verb. obligat.

l.l.vendi-tor.§.1.ff. de hæred. vel act. véd l.ſi ve hẽda. ad. ad l.Rhod de iact. m.l teſta-mentũ.C. de teſtam. ordin.

ſpectãdas[k] eſſe. Sed ſi propalam & apertè dictum eſt primis Kalendis Martijs, nõ habetur vlla ratio eorũ quæ in prȩfationibus prȩceſſerũt, ſed ſine vlla cũctatione dicitur proximis Kalendis Martijs dandum eſſe? quod quidem quantum differat à ſuperiori ſpecie, tum ſuis quiſque facilè ſenſibus præhendit, tum alia quoq; paſsim Iuris loca demõſtrant l. Vt interim illud tranſeã, quòd verbũ PRIMIS ſignificantius ſit & certius, & abũdans cautela nõ [m] noceat. Ait Imp. ID AVTEM QVOD IN DIEM STIPVLAMVR, STATIM QVIDEM DEBETVR: SED PETI PRIVSQVAM DIES VENERIT, NON POTEST, Cum in omni ſtipulatione ſint alia verba, quȩ dicuntur obligationis, vt ſpondeo, fide promitto: alia excutionis, vt dare, facere: alia rei ſubiectæ, vt pecuniam, opus. Dies qui fortè inijcitur ſtipulationi, nõ pertinet ad verba promiſsionis, quippe quia tempus non eſt modus inducendȩ tollẽdȩúe obligatiõis: ſed ad verba executionis, quæ ſui natura dilationẽ temporis recipiũt. Atq; ita cõſequens eſt, id quod in diem promittitur, ſtatim quidem

dem deberi:ſed peti priuſquam dies venerit,nõ poſſe.Sed illud peti non poſſe quemadmodùm accipiemus?an ita,vt ipſo Iure nulla competat actio?an aliter? & ſcio exactare in hoc articulo,controuerſas Iureconſultorum ſententias: Sed tutiùs & conſtantiùs dici poteſt,hactenus competere actionem, vt nata dici poſsit cum obligatione, quæ nunquam non coniunctam ſibi habet actionem:ſed tamen nódum eò vſque prouectam & adultam eſſe, vt in forum prodire, & vim ſuam exercere queat: cuiuſmodi quoq; nata eſt actio in Tutelis, antequã pupillus in ſuam tutelam [n] peruenerit, in pignoribus,antequàm diſſoluta ſit pecunia debita [o],& in emptore, qui nec ſoluit nec offert pretium [p].Nec eſt quoque alienum à naturali ratione,vt natum quidem aliquid dicatur, quod tamen nondũ plenũ ſuũ robur acceperit. Ait Imp. AT NE EO QVIDEM IPSO DIE, IN QVEM STIPVLATIO FACTA EST, PETI POTEST. Ratio ſubiungitur, QVIA TOTVS IS DIES ARBITRIO SOLVENTIS TRIBVI DEBET. Ratio, vt ita dicam,rationis, NEQVE ENIM CERTVM EST, EO DIE IN QVEM

n. l. ſi inter §. vlt. cum l. ſeq. ff. de tut. & rat. diſt.

o. l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig. act.

p. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.

PROMISSVM EST DATVM NON ESSE PRIVSQVAM IS PRAETERIERIT. Et vbi nulla eſt mora, ibi nulla quoque petitio, quæ quidẽ debitori nocere poſſit, ſed interpellatio tantũ [q]. Nã hoc [r] Iure vtimur, vt ex hac ſtipulatione: Si Lucius Titius ante Calendas Maias in Italiam non venerit, decem dare ſpondes? nõ antè quicquam peti poſsit quàm exploratum ſit, ante eum diem in Italiam Titium venire non poſſe, neque veniſſe: & quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei poteſtas eſt, quolibet eius anni die dandi [ſ]. Ait Imperat. AT SI ITA STIPVLERIS, DECEM AVREOS ANNVOS, QVO AD VIVAM DARE SPONDES? ET PVRE FACTA OBLIGATIO INTELLIGITVR, ET PERPETVATVR. Ideò purè hoc eſt ſine die, (nam de illo fortè poſſit dubitari) facta intelligitur, quoniam vna eſt, & ſic cùm primi anni reſpectu ſit pura [v], neceſſum eſt, vt in totum ſit pura, videlicet quia vna eſt, ſimplex, & ſine partibus, ita vt annua præſtatio contineat tantùm plura facta vnius debiti, quemadmodum perceptio, quæ fit quotannis ex vſufructu, vnius eſt & eiuſdem vſusfru-

q. l. mora. ff. de vſur.

r. l. hoc iure. ff. de verb. obli.

ſ. l. quod quis. ff. de act.

t. l. ſi ſtichum. §. 2. ff. de verb.

v. l. cùm in annos. ff. de ann. le. & ff. quando dies le. ced.

vſus fructus [a], Sed cureſt vna ſtipulatio non plures? proprius eſt, quia perpetua: quod enim perpetuum, Iuris non facti eſſe oportet:& quod Iuris, ſimplex & vnum [b]. Nam ſi promittis decem aureos redditus perpetui in ſingulos annos, nemo ambigit, quin vna ſit ſtipulatio, quę quotannis vim ſuam extendat. Si denuo quæras, cur perpetua? Reddit rationem Imp. ipſe QVIA AD TEMPVS NON POTEST DEBERI ne(quod contra naturã eſt, vt ſupra probauimus) tempus ſit modus tollẽdæ vel inducendæ obligationis. Ecce pulchram & aptam cauſarum ex cauſis connectionem. Aliquis dixerit cur igitur ſecùs in legatis? cur decem aureis annuis ad vitam relictis & appoſitis, tot cenſentur legata, quod anni [c]? Magis eſt, quia legatũ, cũ ſit donatio [d], non eſt ſui natura iuris ſecundum Paulum [e], ſed facti. Et in his quæ facti ſunt, computamus ſingula tempora, cùm in ſtipulationibus & ijs quæ iuris ſunt, ſolum initiũ ſpectetur, quod quidẽ diligenter eſt attendendũ: nam hac res variè tractata eſt ab interpretibus [f]. Sed cur, inquies, non tam ceſſat per exitũ temporis petitio in ſtipulationib⁹ ad diem, q̃ incipit per ad-

a. l. 1. ff. quando dies vſ. le. ced.

b. §. 1. ſupra de re. corpor. & in corpor.

c. d. §. ſi ſtichum l. ſenatus. §. vlt. ff. de mort. cau. don.

d. § legatũ ſupra de leg.

e. l. interdictum. ff. de precar.

f. l. ſi filius fa. ff. de verb. oblig.

uentum temporis,in ſtipulationibus in diem.Certè,turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.Ab initio priuſquam vllam vnquam vim exercuit ſtipulatio, nihil mirum eſt,ſi ad tempus,etiam ipſo Iure retineatur,donec dies in quem cõcepta eſt ſtipulatio,venerit:ſed poſtquã eam ſemel cepit exercere,nihil occurrit quomodo poſsit fieri,vt ipſo iure iterũ ſiſtatur,cùm quemadmodum fera, euaſerit noſtram poteſtatem , Et ideo opus eſt Prætoriano remedio, quemadmodũ dicit Imp.cùm ait: SED HAERES PETENDO, PACTI EXCEPTIONE SVB MOVEBITVR, In iure videlicet pro tribunali.Nam Prætoris eſt diligenter proſpicere,vt ſi quando ſecundum conſtituti Iuris & ſolennis regulas, contingat aliquid durius euadere, quàm æquitas expoſcit:vt inquam id eſt ſua iuriſdictione mitiget,non reijciendo quidem au-
g d l.diu'. thoritatem iuris ciuilis, quæ ſolẽnis eſt, & non facilè g mutari debet, ſed dando
h.§.j.Inſt. de except. exceptionem in iudicio h.Iam autem pacti ob id competit exceptio, quòd in illis verbis,QVO AD VIVAM,lateat quoddam quaſi pactum, quo ſilentio conuenitur,vt ne vltra vitam fiat præſtatio.

DE

DE STIPVLATIONE conditionali.

AIt Imp. SVB CONDITIONE STIPVLATIO FIT, CVM IN ALIQVEM CASVM DIFFERTVR OBLIGATIO: VT SI ALIQVID FACTVM FVERIT VEL NON FVERIT, COMMITTATVR STIPVLATIO. Quod primum dicitur CVM IN ALIQVEM CASVM ad differentiam eorum pertinet, quæ in voluntatem alterius contrahentium conferuntur. Nam illam ſtipulationem, Si volueris, dari, cõſtat eſſe inutilem[a]. Item ad differentiam eorum, quæ certò ſuut euentura, vel omnino non euentura, quæ quidem aut non differunt obligationem, aut inficiunt[b]. Quod deinde adijcitur DIFFERTVR OBLIGATIO ſuſpenſionem ſignificat, ita vt neque in totum reijciatur, neque etiam conſtituatur obligatio, ſed in pendenti ſit, quemadmodum ius liberorum, patre apud hoſtes agente. Et eſt verum, conditionis nomen à condendo collatum eſſe, quaſi rem vel in hanc vel in illam partem condere poſsit: ita

a. l. centeſimis. §. vl. ff. de verb. obligat.

b. l. ſi ſub condione ff. de condict. inde. l. non ſolum. ff. de act.

vt re-

&c cõmercio eſſe, licet noſtro cõmercio ſit exẽpta. Porrò autem quod deinde ſeq tur. VT SI ALIQVID FACTVM FVERIT, VEL NON FVERIT, COMMITTATVR STIPVLATIO Intellige naſcendo, ſi factum fuerit: deficiendo, ſi non fuerit. Nam committi propriè dicitur omne id, quod ambiguum & ſuſpenſum, ad aliquem exitum ſiue hunc ſiue illum deducitur. Et quidem inde lex quoq; commiſſoria nomen accepit, quæ ita concepta eſt, vt reſoluere poſsit negotium [k]. Et commiſſa vocantur Aſconio, facta contra voluntatem conditoris vnde & bona incommiſsum cadere dicũtur. Et Gellius committi arrogationem dicit, quæ vires accipit. Vergilius. Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos Coniunctio SI, propriè ſignificat cõditionẽ [l], quanq̃ & particula CVM, ab ea nõ omnino abhorreat [m], & ſubindè contingat, vt SI caſualis ſit [n]. Nã cũ Præſides prouinciarũ ita dãt tutorẽ, ſi ſatiſdederit: nõ cõditionẽ in ſe habet ſed admonitionẽ. Puto quoq; nõ alienum à mente Imperatoris eſſe, ſi dicamus hæc verba, SI ALIQVID FACTVM FVERIT. VEL NON FVERIT, ſignificare ſtipulatio

k. l. j. ff. de l. commiſ.

l. l. ſi Tit⁹. ff. de ver. obligat.

m. l. ſi decem. ff. illo tit.

n. l. muto. §. j. ff. de tutel.

lationem conditionalem, vel affirmatiuè, vel abnutiuè concipi poſſe, & ſic primi modi exemplum erit, VELVTI, SI TITIVS CONSVL FACTVS FVERIT, QVINQVE AVREOS DARE SPONDES? ad ſecundum verò reſpiciet id quod ſequitur de Capitolio, in quo videtur occurri tacitæ alicui dubitationi, de conditione abnutiuè cõcepta. Ait itaq; Imp. SI QVIS ITA STIPVLETVR SI IN CAPITOLIVM NON ASCENDERO, DARE SPONDES? PERINDE ERIT AC SI STIPVLATVS ESSET, CVM MORIETVR SIBI DARI, Nimirum quia regulariter non poteſt conſtare in Capitolium eum non aſcendiſſe, niſi diem ſuum obierit. Nam vel extremo vitę ſuæ momento poteſt fieri, vt aſcendat: Sed quid ſi vel per deportationem ſtipulatoris, vel quia caſmate perit Capitolium, certum eſſe cœperit non adſcenſurum eum, quid dicemus: an probabim', diem æquè tacitam ſupereſſe, quemadmodum in illla ſtipulatione: ſi Stichum non dederis, decem dare ſpondes? in qua mortuo ante diem homine, nihil adhuc peti poteſt, authore Paulo P, quem & Põponius q ſequitur, qui probat non antè decem

p.l. in illa. ff. de verb. obligat.

q.l. hoc iu re ff. eodẽ.

decem peti poſſe', quàm exploratum ſit, Stichum nec dari poſſe nec datum eſſe, quod nó contingit niſi dies effluxerit? An verò potiùs dicemus? cùm hic nulla ſit facta mentio diei, nihil expectandum videri, ſed confeſtim peti poſſe? quod quidem vtilius dici prima facie apparet: niſi fortè obijcias, hanc interpretationẽ ex communiter accidentibus conſtitutam eſſe pro Regula, & ideo non magis agi poſſe, quàm à tutela eximere ſe poteſt impubes, qui præcocioris fortè ſit ingenij, & cui ante pilos (vt inquit ille) venit ſapientia, vtpote cùm ius ex ijs tribui ac computari conueniat, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidũt, quod quidem hactenus probo, ſi conſtat Imperatorem non potiùs interpretationem aliquam facere voluiſſe, pro re oblata: aliter reſponſurus, ſi hæ ſpecies fuiſſent propoſitæ: quàm regulam, in quo quidem ſubſiſto: Nam vt confeſtim agatur, ſuadet vtilitas r. vt pro regula capiatur, demonſtrat, quod talis aliquis triſtis caſus, quo vel res pereat, vel perſona deportetur, in expectatione eſſe non debeat: in quam ſententiam ſum procliuior. t Nunc de vi & effectu ſtipulationis conditionalis, Ait

q. l. Hoc iure. ff. eodem.

r. l. cùm proculus. ff. eodem.

s. l. ſi in emptiõe. §. omniũ ff de contrah. emp. & vend.

t. vid. l. cũ ꝓcul. ad verb. cõmiſſa eſt. ff. eod.

incipere videri poſsit:id enim non eſt ita,cũ ratione exordij,quod potiſsimũ ſpectaſt,ab ipſo teſtatore ĩcipiat. Sed cur ſpes conditionalis legati nõ transfertur ad hæredẽ g?Rationabilius eſt,quia legatũ,vt ante diximus,eſt facti:& habet ſpẽ q̃ nõ iuris ſit,ſed facti, q̃ quidẽ pſonalis eſt, & cũ perſona extinguiť: ſtipulatio ſpẽ iuris habet, & omẽ id quod iuris eſt trãſmittimus ad hæredẽ,qa ſcilicet hęreditas eſt ſucceſsio in vniuerſũ ius h. Ait Imp. LOCA ETIAM STIPVLATIONI INSERI SOLENT. VELVTI, CARTHAGINI DARE SPONDES? QVAE STIPVLATIO LICET PVRE FIERI VIDEATVR, TAMEN RE IPSA HABET TEMPVS ADIECTVM, QVO PROMISSOR VTATVR AD PECVNIAM CARTHAGINI DANDAM. Hactenus videtur pura ſtipulatio,ſi verba ſpectes,quorum etiam relatione ſimpliciter à Paulò i pura dicitur,licet reuera tempus habeat:quemadmodum non nunquam ſeruus is,qui olim fuit ſeruus k,deſinere poſsidere is, qui nunquam l poſſedit:Hactenus verò tempus intelligiť inſertum, ſi naturalem moram,quæ requiritur ad pecuniã Carthagini dãdã,

f.l.filius fa.ff.eodẽ l. vſusfructus. ff. de ſtip. ſeru.
g.l.vnic.§. ſin autem. tollend. C. de cad.
h.l. hæreditas.ff.de reg.Iur.
i.l.interdum.ff.de verb. obligat.
k.§.2.Inſt. quib.ex cauſ. manon lic.
l.3.§.deſinere.ff. vſufruct, quemad. cau.

m. l. continuus §. j. ff. de verb. obl.

quæq; rei ſua ſponte ineſt, adſpicias m. Sed illud tempus quemadmodum computabimus? pro tẽperamentóne aliquo, quale eſt in pura ſtipulatione? an pro dilatione ſolutionis, qualis eſt in ſtipulatione in diẽ? (nam haud parũ intereſt, vt oſtendimus.) Mihi placet, nec ad hanc, nec ad illam ſpeciẽ referri poſſe: nam ſi alibi petatur, etiam antequã potuerit ad deſtinatum locũ perueniri, ſi modò id fiat cũ illius loci commemoratione, nuſquam inuenio relatũ, plus eũ, vel loco, vel tẽpore videri petere: & econtrariò, quanuis poſt illud tẽpus agatur, tamen niſi id cum eius loci cõmemoratione fiat, manifeſtum eſt, in pœnã plus petitionis n, eũ incurrere. Cui & illud adiunge, quòd licet diplomate vſus (quod publicè olim à Principe impetrari ſolitũ, ſatis conſtat ex Plinio) maturiùs venerit: conſeſtim teneatur o. Meli⁹ itaq; eſt dicere, tẽpus illud in propriã quandã ſpeciem actionis arbitrariæ cadere, & nec ad puras ſtipulationes, nec in diem conceptas pertinere. Ait Imp. ET IDEO SI QVIS ROMAE ITA STIPVLETVR, HODIE CARTHAGINI DARE SPONDES? INVTILIS ERIT STIPVLATIO. Ratio

n. § plus infra de act.

o. l. continuus §. j. in fi. ff. de verb. obligat.

tio ponitur ab Imp. CVM IMPOSSIBILIS SIT REPROMISSIO. Nã eſt regula vt inferiùs dicetur, Impoſsibiliũ nullã eſſe obligationem p. At cur nõ remittimus rẽ ad bonum virum, vt is de ſpatio tẽporis exiſtimet, quẽadmodum in locatiõe operis obſeruatur, ſecundũ Labeonẽ q? Si tam anguſtũ eſt tempus, vel dandi, vel faciendi, vt manifeſtum ſit non ſufficere: veriſsimum eſt, nihil agi, neq; in bonæ fidei, neque in ſtricti iuris iudicijs. Conſtat enim, neque hæc, neque illa vllius eſſe momenti, ſi impoſsibili conditione applicentur r. Sed ſi proponatur leuis aliquis error circa tempus, puta, ſi cùm triginta diebus Epheſum perueniri poſsit, intra viginti octo fiat promiſsio: melius eſt ſic facere interpretationẽ, vt res potiùs valeat quàm intereat in bonæ fidei iudicijs ſ, quod tamen in his quæ ſtricti iuris ſunt, non æqua lance ſeruari poſſe, ſed potiùs in contrario latere agitari debere videtur, niſi fortè dicamus, officio Prætoris contineri, vt ne nimis amarè res exigatur, quod puto defendi poſſe, vt puta, cum paululum temporis, momenti inſtar t ſit: & ad eũ qui huic rei aditur pertineat, ſuas partes

p. l. impoſsibilium. ff. de reg. Iur.

q l. inſula § j ff. locat.

r l. non ſolùm. ff. de act.

ſ. d. l. inſula. l. quoties. 2. ff de reb. dub.

t. d. l con tinuus.

magis, quàm ſi nũmos, qui in arca ſunt, quorũ numerum non tenes, ſtipuleris. Sed ſi quid eſt, quod non corporaliter à quouis, ſed vel arte, vel diuinitùs intelligitur futurũ: id quoniam adhuc futurũ tamen eſt, pro pendente & incerto haberi debet. Nam nec rerum naturam intuendã, Sabinus & Caſius aiunt, apud Paulũ[b], in qua omnia certa ſunt, cùm futura vtique fiant: ſed noſtram inſcientiã adſpici debere. Sepoſito tamen eo, ſi ſub eiuſmodi conditione fiat ſtipulatio, quę omnino extitura eſt, & de qua nemo ſanæ mentis dubitat: veluti, ſi morieris: tunc enim quia ceſſat omne dubium & incertũ conditionis, apud populum, ex cuius opinione ius fit, quod ſecùs eſt in ijs quæ à paucis[c] perſpiciuntur: purè videtur fieri ſtipulatio, ac repræſentari d. Sed cùm in totũ inquies, ea quæ animi deſtinatione aguntur, certa ſcientia fieri debeant: quomodo patimur hîc ſine ſcientia conditionis naſci obligationẽ? verius eſt ſcientiã ad hoc potiſsimũ requiri, vt actus rei intelligatur, non verò, vt vel res, vel conditio confeſtim ſciatur, modò ſciri poſsit aliquando, veluti ſi nummos qui in arca ſunt, ſtipuler.

b. l. ſed et ſi. §. vlt. ff. de Iud.

c. l. Barbarius. ff. de off. præſi.

d. l. quod ſi. ff. de cõdict. inde. l. ſi pupillo. § de nouat.

e. l. in totum. ff. de reg. Iur.

DE MATERIA VERBORVM OBLIGATIONIS.

DIcit Imp. NON SOLVM RES IN STIPVLATVM DEDVCI POSSVNT SED ETIAM FACTA: VT SI STIPVLEMVR FIERI ALIQVID, VEL NON FIERI. Stipulationem enim, quędam in dando, quædam in faciendo conſiſtunt [a], & eorum quę alijs exhibemus, alia ſunt in nobis, vt facta: alia extra nos, vt res, quæ noſtri ſunt dominij. Ex verbo FIERI VEL NON FIERI, nota factorum nomine, apprehendi etiam ea quæ in non faciendo conſiſtūt. Ait Imp. ET IN HVIVSMODI STIPVLATIONIBVS OPTIMVM ERIT POENAM SVBIICERE, Ratio verò eſt NE QVANTITAS STIPVLATIONIS IN INCERTO SIT, AC NECESSE SIT ACTORI PROBARE QVOD EIVS INTERSIT. Ecce rem, In ſtipulationibus dandi, vel poteſt ipſa res extorqueri manu militari, ſi ſupereſt: vel eius ęſtimatio, ſi ipſa non apparet. Sed in ſtipulationibus facien

a. l. 2. ff. de verb. oblig.

faciendi: non poteſt naturaliter fieri, vt ſi omnino nolit debitor exhibere operas, eas extorqueat aliquis ab inuito, quantumuis vel carcere, vel pignoribus captis fatigetur. Et ideo neceſſarium eſt, vt in omni ſtipulatione faciendi, ſubſit tacita quædam pactio, de eo quod intereſt, ſi fortè factum, quod in obligatione eſt & præſtatione, non autem in petitione, non præſtetur [b]. At iam quia id quod cuiuſque intereſt, in facto non in Iure conſiſtens, natura ſui incertum eſt, adeò quidem vt nihil ſit difficilius, quàm quantitatem eius præciſe probare, & ſæpe accidat, vt res ad exiguã ſummam deducatur [c]: rectè dicit Imp. nihil eſſe commodius, quàm certam ac definitam aliquam pœnam ſtipulatione comprehendere, quæ in locum eius quod intereſt, ſuccedat, & indubitatam manifeſtariamq́ue exactionem habeat, quod quidem diligẽter eſt notandũ. Ait Imp. ITAQVE SI QVIS VT FIAT ALIQVID STIPVLETVR, ITA ADIICI POENA DEBET, SI ITA FACTVM NON ERIT, TVNC POENAE NOMINE DECEM AVREOS DARE SPONDES? Nota formulam: neque

b.l. ſtipulatiões nõ ff. de verb. obligat. l. ſi quis ab alio. §. vlt. ff. de re iud.

c.l. id ꝙ cuiuſq; ff. de reg. Iur. l. vlt ff. de ꝑ tor. ſtip.

d.l. obligationũ ferè in fi. ff. de act.

enim hoc d modo poteſt concipi, Si inſulam non ędificaueris, centum dare ſpondes? neque etiam, ſi nauem fieri priùs ſtipulatus ſis, pòſt deindè hoc modo: Si non feceris nauem: dabis cētum, quoniam in priore conceptione ſola cētum in ſtipulatione ſunt, tanquam principalia: ædificatio inſulæ in ſolutionem. Poſterior, non facit propriè pœnę adiectionem, ſed habet in ſe nouationem promiſsionis præcedentis, de facienda naui. Verùm ſi priùs mihi ſtipuler foſſam fodi, pòſt deinde concipiam his verbis, Si ita factum non erit, tunc pœnę nomine centum dare ſpondes? neque fit nouatio, neque ſolius pœnalis pecuniæ promiſsio, ſed ſtipulatio principalis de faciendo, cum adiectione pœnæ de dando, quã formulã & Venuleius, Vlpianus, & Paulus probarunt, & rectè. Ait Imp. SED SI QVAEDAM FIERI, QVAEDAM NON FIERI, VNA EADEMQVE CONCEPTIONE STIPVLETVR QVIS: CLAVSVLA HVIVSMODI ERIT ADIICIENDA, SI ADVERSVS EA FACTVM ERIT, SIVE QVID ITA FACTVM NON FVERIT: TVNC POENAE NOMINE

DECEM

DECEM AVREOS DARE SPONDES? forté altera harum clauſularum poſſet ſufficere, ſed mihi videntur vtraque ſimul vſi veteres, ad quod quidem, vt ſic putem, adducor, tum propter Aquilianam ſtipulationem, tum propter eam, quæ extat apud Marcum. Varr. cuius vſus erat in mancipio pecoris, in quibus multa ponuntur, iterum atque iterum (vt nobis quidem nunc videtur) repetita, & in vnam ac eandem rem, non temere venientia, idque ad maiorem (vt puto) cautionem. Nam abundans ᵉ cautela non nocet, & nuſquam ſolent ſcrupuloſiùs verſari maiores noſtri, quàm in formulis cautè concipiendis.

e. l. teſtamentum. C. de teſtam.

De duobus reis ſtipulandi & promittendi.

ET STipulandi & promittendi duo pluréſue rei fieri poſſunt. Stipulandi ita, ſi poſt omnium interrogationē promiſſor reſpondeat, ſpondeo, vtputa cùm duobus ſeparatim ſtipulantibus ita promiſſor reſpondeat, vtrique veſtrum dare ſpondeo. Nam ſi priùs Titio ſpoſponderit, deindè alio interrogãte ſpondeat, alia atque alia erit obligatio: nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe. Duo pluréſue rei promittendi, ita fiunt: Mæui, decem aureos dare ſpondes? & Sei, eoſdem decē aureos dare ſpondes? ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, ſpondeo: ex huiuſ-

huiuſmodi obligationibus & ſtipulationibus, ſolidum ſingulis debetur: & promittentes ſinguli in ſolidum tenentur. In vtraque tamen obligatione vna res vertitur: & vel alter debitum accipiendo, vel alter ſoluendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat. In duobus reis promittendi, aliùs purè, alius in diem, vel ſub cõditione obligari poteſt: nec impedimento erit dies, aut conditio, quò minùs ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

TITVLVS.

REORVM nomen, à re quæ vertitur in obligatione, profectum eſt, fitque indè vt tam ſtipulator quàm promiſſor, quẽadmodum eſt apud feſtum Pompeium, reus appelletur: & qui ſtipulatur, reus ſtipulandi dicitur: qui promittit, reus pro-

a.l.1.ff.eo. b.l.1.§. iubet ff. de collat.bō.

promittendi habetur [a]. Inuenias, vbi & fideiuſſores rei dicãtur [b]. Quod autẽ ponitur in Rubrica DE DVOBVS, intellige vel pluribus, Nam qua ratione duo, eadem & plures eſſe poſſunt: Ideo verò de duobus tantùm exprimitur, quoniam pluralis locutio duorum numero eſt contenta [c].

c.l.vbi numerus ff. de teſt.

QVO MODO FIANT DVO REI

a.l.3.§. ex pluribus. ff. de acquir poſſeſſ.

IMp. ait. ET STIPVLANDI ET PROMITTENDI DVO PLVRESVE REI FIERI POSSVNT, Meritò, quia ſi eadem res ex pluribus cauſsis in ſolidum deberi [a] poteſt: conſequenter rectè dicitur, & à pluribus quoque perſonis deberi poſſe: Idq́ue tum ſeparatim ex duabus obligationibus diuerſis, quod huc non pertinet: tum coniunctim, vt cùm ea eſt contrahentium cogitatio, vt omnis obligatio, circa vnam rem, in ſolidum, ab alterutro duorum præſtandam, verſetur [b], quod propriè conſtituit plures reos. Iulianus [c] & aliam non inelegantem adducit

b.l.3.ff. eodem. c.l.nemo. ff. eod.

ducit rationem, his ferè verbis. Nemo eſt, qui neſciat, alienas operas promitti poſſe, & fideiuſſorem adhiberi in ea obligatione. Ideoq́ue nihil prohibet, duos Reos ſtipulandi conſtitui, vel promittendi, ſicuti, ſi ab eodem fabro duo rẽi ſtipulandi, eaſdem operas ſtipulentur, & ex contrario duo fabri, eiuſdem peritiæ, eaſdem operas promittere\ intelli\ guntur, & duo rei promittendi fieri, hactenus Iulianus. Obtinet verò hæc plurimum reorum conſtitutio, non ſolùm in communibus ſtipulationibus, verum etiam in prætorijs, & alijs contractibus, qui vel re, vel conſenſu contrahuntur d. Belliſsimè quæſitum eſt, cur non ſicut eiuſdem rei plures debitores eſſe poſ ſunt in ſolidum, ita & domini e? Et eſt verum, dominium à poſſeſsione, f tum naturaliter, tum ciuiliter oriri: obligationem verò, à contractu, vel bono vel malo: Sed quemadmodum eadem poſſeſ ſio apud duos eſſe non poteſt, non g magis, quàm vt tu ſtare videaris, in eo loco, in quo ego ſto: Ita nec intelligi quidẽ po teſt, vt duo eiuſdem rei, ſiñt domini in ſolidum. Quantũ ad contractus attinet, nihil

d. l. & ſtipulationũ. l. eandem ff. eod.

e. l. non vt ff. de regi iur.

f. l. r. ff. de acquir. poſſeſſ.

g. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.

vna [h]:nec neuter, quia ſinguli ſunt rem in ſolidum ſtipulati:ſed alteruter eorũ, quod eſt medium. Nec eſt quod quęras, vtrum hoc expreſsè actum ſit, vt ſint duo rei nec ne: vtúe in ſolidũ obligationẽ habeant nec ne: hoc enim vt iã cœpi dicere, ipſe actus præ ſe fert [i], qui ſolus eſt inſpiciendus, quique hoc ſua natura, vt ſint duo rei, &, vt eorum vteruis ſolidum petere poſsit. Nec obeſt, quod dicitur [k], cùm tabulis eſſet compræhenſum, illum & illum centum aureos ſtipulatos, neque adiectum, ita vt duo rei ſtipulandi eſſent, virilem partem, ſingulos ſtipulatos videri: quoniam hoc longè diuerſiſsimum eſt à noſtro caſu. Vlpianus non negat ex propoſita ſtipulatione pręſumi duos Reos, ſed ex tali qualem ipſe proponit, ſcriptura, negat. Nã cùm talis ſcriptura varijs modis poſsit accipi: & in dubijs id quod minimum eſt, ſequendum ſit: rectè dicitur id in ea ſcriptura ſequendum eſſe, quod mitiorem habet interpretationem, quod eſt, vt pro æquis viritim portionibus diſtribuatur obligatio potiùs, quàm in ſolidum. Et prætereà, quod in nonnullis [l] dicitur: ita demum agi poſſe in ſolidum,

h. l. 3. in fi. ff. eod.

i. argu. l. Inſulã. ff. de præſcript. verb.

k. l. reos 1. §. 1. ff. eod.

l. Authẽt. de duob. re.

ſi hoc propalam conuentum eſt : pertinet quidem non ad duos reos ſimpliciter, ſed ad eos, qui mutua fideiuſsione ſunt obſtricti, quoſq; non ex mutua illa fideiuſsione duos ſtatim reos poſſumus intelligere, ſed ita demũ ſi hoc egerint. Nam illud & ipſa propalam verba continent, & ipſius inſuper Titulus probat, qui eſt, ΠΕΡΙ ΑΛΛΗΛΕΓΓΥΩΝ

m.l. ſi id quod. ff. eod.

Planè m, ſi vel verba ſic concipiãtur, vel rei qualitas demonſtret id, quod duo ſtipulantur, in ſingulis perſonis propriũ intelligi: non poterunt duo rei ſtipulãdi conſtitui. Nam & ſi vnus priùs ſtipuletur, deinde alter, tanto interuallo, vel talibus actibus extraneis interiectis, vt iam exſpiraret vis prioris ſtipulationis: non eſt dubium, licèt reſpondeat promiſſor, Vtrique veſtrum dare ſpondeo, non fieri duos reos ſtipulandi. Præterea ſi promiſſor ad ſingulorum ſtipulationes ſeparatim reſpondeat: propius eſt quoque, vt diuerſæ obligationes regulariter, videãtur, nõ vna, qualis eſt in duobus reis, & hoc eſt quod dicit Imp. NAM SI PRIVS TITIO SPOPONDERIT, DEINDE ALIA INTERROGANTI SPONDEAT, ALIO ATQVE

QVE ALIA ERIT OBLIGATIO: NEC CREDVNTVR DVO REI STIPVLANDI ESSE Sed dabitur vtrique totius rei perſecutio. Ait Imper. DVO PLVRESVE REI PROMITTENDI ITA FIVNT, MAEVI, DECEM AVREOS DARE SPONDES? ET SEI, EOSDEM DECEM AVREOS DARE SPONDES? SI RESPONDEANT SEPARATIM SINGVLI, SPONDEO. Ideo autem eſt neceſſe ſingulos ſeparatim interrogare, quoniam naturæ conueniens eſt, vt tot ſint interrogationes, quot expectantur reſponſiones. Nec obſtat, quod ex Pomponio n videtur colligi, vtrumque etiam ſimul rogari poſſe: non enim id eſt quod ille vult, ſed dicit, nihil nocere, quominùs ad interrogationem, plurali locutione conceptam, per ſingularem reſpondeatur. Nam cùm dicitur Mæui, decem aureos: & Sei, eoſdem mihi decem aureos dare ſpondetis? rectè probat reſponderi, ſi ſinguli dicant, ſpondeo: ſed tamen, quantum ad ſtipulationem attinet, certum eſt duas eſſe interrogationes, nec puto hoc modo dici

n.l.duo ff. eod.

poſſe Mæui & Sei eoſdem mihi decem aureos dare ſpondetis ? videlicet propter religionem verborum, ne nimis lõgè recedatur à formula, niſi fortè hoc actum ſit, vt duo rei fiant tunc enim (vt puto) nihil nocet o. Quod autem in ſecũda ſtipulatione quæritur, ecquid eoſdẽ decem aureos promittat ſecundus reus, ob id comparatum eſt, vt ne multiplicetur res ſtipulatoris, quod in quantitatibus omnino p procliue eſt, ſed in ſpeciebus non ęquè: quanuis tamen & in ijs putem illis verbis vtendum eſſe, ne intelligantur duę ſeparatę ſtipulationes q. Iam autem quod poſt vtranque demum interrogationem, debent rei promittendi reſpondere, hinc nimirum comparatum eſt, quia ſi ſeiunctim interrogarentur, & reſponderent, non eſſet vnus & idem actus, ſed alius atque alius, niſi hoc nominatim prius conuentum eſſet, vt fierent duo rei: tunc enim inquit Vlpia r, parui refert, ſimul ſpondeãt, an ſeparatim promittant. Quòd tandem oportet ſingulos & quidem ſeparatim reſpondere, ex eo fit, quòd alter pro altero promittere non f poſsit. Sed quo pacto inquies intelligitur, ex huiuſmodi forma negotij con-

o. argũ. l. 3. ff. eod.

p. l. planè. §. ſed ſi ff. de leg. 1.

q. l. ſcire debemus ff. de verb. obl.

r. l. 3. ff. eod.

f. l. ſtipulatio. §. alteri. ff. de verb. obligat.

contracti hoc velle cõtrahentes, vt duo rei conſtituantur? Certè, quòd de eadem re rogantur ambo, re illos coniungit: quòd non niſi poſt vtranque interrogationem reſpondent, ſtipulatione: fitque ex illis duobus, vt diximus, vera duorum reorum conſtitutio.

QVALIS DVORVM REORVM OBLIGATIO.

Ait Imp. EX HVIVSMODI OBLIGATIONIBVS ET STIPVLATIONIBVS, SOLIDVM SINGVLIS DEBETVR: ET PROMITTENTES SINGVLI IN SOLIDVM TENENTVR. Duo poſſunt eandem rem debere tribus ferme modis: Vno vt adviriles partes teneãtur, quod eſt commune [a]: Altero, vt ſinguli in ſolidum, ſed alter alterius ſolutione non liberetur, veluti ſi Titius debeat fundum ex cauſa venditionis, Seius ex cauſa legati. Tertio tandem, vt ſinguli quidem in ſolidum, ſed ita, vt alter alterius ſolutione liberetur, quẽadmodũ hîc. Quod ergo

a.l.reos.§.1.ff.eo.

IN QVIBVS POSSIT ESSE DIVERSITAS OBLIGATIONIS DVORVM REORVM.

IMpe. ait, EX DVOBVS REIS PROMITTENDI, ALIVS PVRE, ALIVS IN DIEM, VEL SVB CONDITIONE OBLIGARI POTEST, Et rectè ſanè, qa nihil impeditquò min' vna eadéq; obligatio, & ea integra & perfectè æqualiterq; in plurib. cōcepta, quo minus inquā in alijs cōfeſtim quidem vim ſuam exerceat, in alijs verò nōdum exerceat: vtpote cum neque dies, neque conditio ad ſubſtantiam ipſius obligationis pertineat, ſed ad ea tantùm quæ ex accidenti ſunt, & obligationem iam conceptam, vel faciliorem, vel duriorem, vel citeriorem, vel longinquiorem faciunt. Et certè in vna & eadem perſona, eadem obligatio primò poteſt eſſe conditionalis, deinde in diem, & tandem pura, Non enim immutat rerum naturas, nec temporis aut caſus expectatio, nec præſentia [a]. Nec videtur impar ſuſcepta obligatio quantum

a. l. ſed ſi. §. vlt. ff. de Iud.

ad ſubſtantiam, quam hic ſpectamus (licet ſecùs ſit in qualitate, quæ in conceptionibus [b] ſtipulationum & fideiuſsionibus [c] attenditur) ab ijs, qui ſola petitionis dilatione differunt. Planè ſi quis in deponẽdo penes duos, paciſcatur, vt ab altero culpa quoque præſtetur: verius eſt, non eſſe duos [d] reos, videlicet, quia alia eſt obligatio quæ ſolum dolum cõtinet, alia quæ culpam etiam & cuſtodiã. Et eſt argumento, quia quoſdam contractus dicimus natura ſui dolum recipere, quoſdam dolum & culpã [e], quoſdã autem natura cõditionales, quoſdam in diem, vel puros (de generibus contractuum loquor, non de his vel illis [f] ſpeciebus) non dicimus. Ait Imp. NEC IMPEDIMENTO ERIT DIES, AVT CONDITIO, QVOMINVS AB EO, QVI PVRE OBLIGATVS EST, PETATVR. Dubitatio naſci videtur ἐκ τῆς ταυτότητος obligationis, quam dicimus eſſe in pluribus reis, quæque (licet obligatio tẽpore differre poſsit quo ad perſonas) impediri tamen videtur quò minus petitio ſtatim competat. Sed quoniam probauimus per rerum naturam fieri poſſe, vt vna & eadem res per plures perſo-

b. l. 2. §. 3. ff. de verb. obligat.
c. §. fideiuſſores ita inf. de fideiuſſ.
d. l. eandẽ. §. 1. ff. eodem.
e. l. contractus. ff. de reg. Iur.
f. de quib. l. in reſido. ff. de ver. obligat.

tractabitur, an ne & hodie idem obſeruetur, videlicet vt alteruter in ſolidum teneatur? quod quidem videtur negare Varnerus g (ſic enim Irnerium vulgò dictum, appellant, nonnulli) ſiue quicunque fuerit ille, qui mutilos illos, & conciſos nouellarum centones, magna Iuris perturbatione, conſtitutionibus principum intertexuit. Sed nos in ſuperioribus probauimus, & eſt veriſsimum, Iuſtinianum in Nouellis de ijs tantummodo reis tractare, qui mutua fideiuſsione ſunt obſtricti: in quibus diuerſa eſt ratio, propter beneficium diuiſionis, ex epiſtola Diui Adriani, de quo idoneo loco. Nam cùm legum correctio ſit vitanda, & nō ſit veriſimile Iuſtinianum vna aliqua nouella conſtitutione totam veterum prudentiam perturbare voluiſſe, danda eſt diligenter opera, vt vera cuiuſque nouellæ ſpecies intelligatur, & ad alias, de quibus non expreſsit, minimè porrigatur. Ait Imp. IN VTRAQVE TAMEN OBLIGATIONE VNA RES VERTITVR: ET VEL ALTER DEBITVM ACCIPIENDO, VEL ALTER SOLVENDO, OMNIVM PERIMIT OBLIGATIONEM, ET OMNES LIBERAT.

g. auct. hoc ita. C. eodem.

perſonas diſpergatur & vim ſuam priùs
explicet in vna, quàm in alia:non eſt ir-
rationabile,ſi ex vna & eadem obligati-
one,cum vno reorum confeſtim agatur, b.l. ex duo
cum alio verò nondum agatur b: et ſi cõ bus. ff. eo.
cedimus poſſe fieri, vt vnus purè, alius
in diẽ,vel ſub cõditione,obſtringatĩ,cõ-
ſequenter neceſſariũ erit,vt cũ vno pri⁹,
quã cum alio agatur, ne ſcilicet diſpari-
tas obligatiõis inanis ſit,& ſine effectu c. c arg. l. ff.

De ſtipulatione ſeruorum. quod cu- que Iur.

SERVVS ex perſona
domini ius ſtipulandi
habet. Sed & hæredi-
tas in pleriſque perſo-
næ defuncti vicem ſuſtinet:ideoq;
quod ſeruus hæreditarius ante adi
tã hæreditatem ſtipulatur,acquirit
hæreditati:ac ꝑ hoc etiam hæredi
poſtea facto acquiriĩ.Siue aũt domi
no,ſiue ſibi ſiue conſeruo ſuo,ſiue
impſonaliter ſeru⁹ ſtipuleĩ,dño ac
qrit.Idem iuris eſt & in liberis qui
in poteſtate patris ſunt, ex quibus
cauſis acquirere poſſunt. Sed cùm

factum

factum in ſtipulatione continebitur, omnimodo perſona ſtipulantis continetur: veluti ſi ſeruus ſtipuletur, vt ſibi ire agere liceat, ipſe enim tantùm prohiberi non debet, non etiam dominus eius. Seruus communis ſtipulando, vnicuique dominorum pro portione dominij acquirit, niſi iuſſu vnius eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt, tunc enim ſoli ei acquiritur. Quod ſeruus communis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis acquiri non poteſt, ſolidum alteri acquiritur: veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, vnius domini ſit.

VNDE

VNDE SERVVS IVS STIPV-LANDI HA-BEAT.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AIt Imp SERVVS EXPERSONA DOMINI IVS STIPVLANDI HABET. Quemadmodum enĩ corpus, quod inſtrumentum eſt animi, ab animo vitam & motum accipit: ita ſeruus quoq;, qui Domini quaſi membrum & inſtrumentum eſt [c], à Domino ius acquirit ſtipulandi: nam cæteroqui per ſe, ſua ſponte, vt ſi fortè pro derelicto eſt habitus, neque perſonam vllam ſuſtinet [d], neque iuris vllius eſt particeps [e], non magis quàm cadauer, vitæ. Solus paterfa. & liber eſt, & ſuus (vt inquit Terent.) reliqui omnes, vt vxor, liberi, & ſerui, ab eo dependent, & accipiunt ab eo quicquid habent poteſtatis. Non mutat quòd in perſonarum prima diuiſione, hominum, alij dicuntur liberi, alij ſerui [a], quaſi ſcilicet & in ſeruis perſonæ nomẽ rectè ponatur: hoc enim hactenus verum eſt, vt Iuregẽtium, pro perſonis reputentur [b]; iure verò legis, cuius eſt ſtipulatio, minime [c]. Ait Impe.

c. l. inſtrumenta. l. quæſitum ff. de fund inſtr & inſtru. leg

d. l. quod ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruor.

e. l. quod attinet, ff. de reg. Iur.

a §. j. ſupra de Iur. per ſon.

b. l. ſerui. ff de cõdict. indebit.

c. l. ſeruitutem. ff, de reg Iur.

SED

SED ET HAEREDITAS IN PLERISQVE PERSONAE DEFVNCTI VICEM SVSTINET: Duo ſunt quib⁹ quæque familia continetur, perſona & res, paterfa. & patrimonium d. Nam cùm in 12. tab. dicitur, VTI QVISQVE SVPER PECVNIA TVTELAVE LEGAS SIT. ITA IVS ESTO: Item cùm Comicus ille, neque ſibi ſe ſtipulatum dicit, neque pecuniæ ſuæ: denique cùm quis, ibi ab Alpheno e domicilium habere dicitur, vbi ſedes, & tabulas habet: nihil aliud ſignificat, quàm cuiuſque domus, & hærum & herediũ, vt loquitur Varro, ſiue hæreditatem eſſe: & ita hodie, ac maximè quidem in mercatu, vtimur. Horum tanta eſt coniunctio inter ſe & conſpiratio, vtvltro citroq́;, nunc pſona pro reb⁹, nunc res pro perſonis reſpondeant, & alterum alterius repræſentationem faciat, veluti cùm vel actio, quæ propria in perſonam eſt, in rem redundat f. vel contrà, actio in rem, in perſonam infertur g. In propoſito, ideo dicimus hæreditatẽ iacẽtẽ, quæ reuera nullius eſt, defuncti perſonam (quandiu ſpes eſt fore aliquem, qui ſubire velit hæreditatẽ,) ſuſtinere h: ne diripiatur, neúe tanquam nullius (cũ per ſe

d. l. in lege cenſoria. in fin. primi reſ. ff. de ver. ſi.

e. de. l. in lege.

f. l. à diuo. §. in venditione. ff. de re Iud.

g. l. qui dolo ff. de rei vendic.

h. l. j. ff. de rer. diuiſ.

per ſe ſine poſſeſſore, vel vero vel ficto, cõſtare nõ poſsit[i], quẽadmodũ neq; dos ſine matrimonio[k], inuadaẽ, ac occupetur. Ideo aũt deceſſoris potiùs q̃ hæredis futuri perſonã refert: quia is qui ſemel fuit, facilè fingi quidẽ poteſt manere dominus propter vtilitatẽ, quemadmodũ is qui mortuus eſt, viuere: ſed qui nunq̃ fuit dominus, iam eſſe, non tã facilè fingi poterit. Et eſt continuatio magis ſecũdum naturã, quàm de nouo acquiſitio[m]. Ideo autem dicitur in pleriſque repræſentatio fieri, quoniã fictio habet tantũ locum in his quæ meri iuris ſunt, non autem in ijs quæ vel facti vel perſonæ: Sic enim ſeruus hæreditarius hæres inſtitutus, hæreditatem adire non poteſt, cùm hoc ſine domini conſenſu, qui facti eſt, quemq́ue hæreditas iacens præſtare nõ poteſt, fieri nequeat. Sic nec vſumfructũ ſtipulatur ſeruus hæreditarius, cum ſit perſonalis[a], Sic deniq; nec furtũ poteſt fieri iacenti hæreditati[b], cum id quod nullius eſt, inuito domino contrectari, nõ intelligatur: quanuis tamẽ hoc fuerit olim, vt eſt apud Ciceronẽ, cõtrouerſũ.

IN PLERISQVE ergo ĩtellige, q̃ iuris ſunt, nõ q̃ facti. Ait Imp. IDEOQVE QVOD

SER-

i. l. quod ſeruus. ff. da ſtipul. ſeruo.

k. § penul. ſuprà de nup.

l. § j. ſupra de excuſ. tuto.

m. l. in ſuis ff. de lib. & poſth.

l. ſi poſſidetis. C. de probat.

n. l. in bello. §. ſed captiui. ff. de cap. & po. reuer.

a. l. vſuſfructꝰ. ff. eod.

b. l. hæreditariæ. ff. de vſuf.

SERVVS HAEREDITARIVS ANTE ADITAM HAEREDITATEM STIPVLATVR, ACQVIRIT HAEREDITATI: tanquam domino, quemadmodum & quod per traditionem accipit[c]. Sequitur AC PER HOC ETIAM HAEREDI POSTEA FACTO ACQVIRITVR: Multa enim licito iure fiunt per conſequentiam, qui directo fieri nequeunt: nam & per liberam perſonam, quæ in noſtra poteſtate non maneat, non acquirim' quidem directò dominium: ſed vt adepta rei alicuius poſſeſsione, ea per ſequelam, dominij noſtri fiat, nihil prohibet.

c. l. in eo. §. vlt. ff. de acq. rer. domi. d. §. ex his. ſupra. per quas perſ. nob. acq. obl.

CVI ACQVIRAT SERVVS QVI STIPVLATVR.

DIcit Imp. SIVE AVTEM DOMINO, SIVE SIBI, SIVE CONSERVO SVO, SIVE IMPERSONALITER SERVVS STIPVLETVR DOMINO ACQVIRIT. Ratio generaliter reddi poteſt, quia cũ is qui in aliena poteſtate eſt, nihil ipſe ha

bere

bere poſsit [a],& eadem ſit perſona domi ni,ſerui,& conſerui, quemadmodum pa tris & fratrum, qui in eiuſdem moran tur poteſtate [b]: vtique neceſſariũ eſt, vt quomodocunque rem gerat, ſemper id quod acquiritur, ad domini rationes ap plicetur: adeò, vt ne momento quidem intelligatur ſubſiſtere apud ſeruũ, quin protinus dominicis rationibus inſerat̃ [c]. Cum enim ſeruus pro modo inſtrumẽti ſit, planu eſt ipſum dominum potiùs videri, per eum tanquàm per inſtrumẽ tum ſtipulari [d], quàm ipſum per ſe ſeruũ quemadmodum & de nuncio dicimus [e]. Nã is demũ eſt q reuera rẽ facit, q autho ritatẽ illi & quaſi effectũ tribuit [f]: Imp ſonalis ſtipulatiõis exẽplum extat apud Plautũ ꝑ verbũ, Dabunt̃. Labeo ait, cum decẽ dari curari ſtipulatꝰ ſis, ideo nõ poſ ſe te preciſè decẽ dari oportere intẽdere qa etiã rerũ locupletẽ dãdo, ꝓmiſſor li berari poſsit, eſtq́; is effectꝰ nõ exiguus ſtipulationis imperſonalis [g]. Ait Impe. IDEM IVRIS EST ET IN LIBERIS, QVI IN POTESTATE PATRIS SVNT. Dicun tur enim & illi ſeruitutẽ patri ſeruire (vt inquit Plautus) & eadem cum illo eſſe perſona, nec quicquam habere bonorũ

a. l. velle. ff. de reg. Iur.
b. l. fraterà fratre. ff. de condi. indeb.
c. l. placet. ff. de acq. vel. omit. hæred.
d. l. j. ff. de verb. obli.
e. l. quod tamen. ff. de conſti. pec.
f. l. lege obuenire. ff. de verb. ſign.
g. l. vlt. §. vlt. ff. ſi cert. pet.

ſeparatorum à rationibus paternis, non magis quàm ſerui, ad quorum ſimilitudi nem, & vendi poſſunt & occidi, & manu mitti. Et ideò quemadmodum illi acqui runt omnia domino, ita eos patri neceſſè eſt acquirere h, Quod tamen vtrunq; intellige, vt ſubijcit Impe. EX QVIBVS CAVSIS ACQVIRERE POSSVNT, pater ſcilicet & dominus, ratione ſtipula tionis filij vel ſerui, hoc eſt vt interpretaẽ Paulus i, quæ iuris ſunt non quæ facti: nã alioquin vt pòſt diceẽ, ſi factum veniat in ſtipulationẽ, nõ aliter applicaẽ ſtipula tio patri vel dño, q̃ ſi id expreſsim con- ueniatur k. Iã verò quod hæc verba EX QVIBVS CAVSIS ACQVIRERE POSSVNT, de Caſtrẽſibus peculijs pleriq; omnes ex audiũt, quorũ reſpectu filiusfa. ſui iuris eſt, quẽadmodũ omniũ eorũ quæ publi ca ſunt l, ita vt ſtipulandi ac contrahẽdi ius nõ à patre, ſed à ſe habeat m: & ſi hoc inq̃ verũ eſt p ſe, tamẽ nõ ptinet hoc loci ad mentẽ Imperatoris, quã oportet in dubitãter ſecundũ ipſum Paulũ, ex quo deſumptus eſt hic locus, interpretari, maximè cum ea quæ ſequuntur, eodem tendant a. Ait Imper. SED CVM FACTVM IN STIPVLATIONE CONTINE-

h, §. j. infrà quod cum eo qui in alie. pot. eſt. l. vlt. C de impu. & alijs ſub vit. l. in ſu is. ff. de li. & poſt. l. 2. C. de patri qui fil. diſtrax.

i. l. quod dicitur. ff. de ver. ob.

k. d. l. ꝙ dicitur.

l. l. filiusfa. ff. de his, qui ſui vel alie. Iur. ſunt.

m. l. tã ex contracti. ff. de Iud.

a. §. ſed cũ factum. prox. ſeq.

TINEBITVR, OMNIMODO PERSONA STIPVLANTIS CONTINETVR: Quippe vt ei ſoli acquiratur, non alij per eum, licet vtilitas eius bene redundet ad alium: hoc enim eſt aliud. Sed cur tam variè, cur ea quæ iuris ſunt, poſſunt adiũgi ad patrimoniũ patris vel domini: quæ facti, minimè? quæ tandẽ eſt ratio ſeparationis harum cauſarum? Planè quæ iuris & dominij ſunt, meritò, applicantur ijs, qui ius & dominatũ habẽt in ſeruũ aut filiũ, & ratio eſt, q̃a cũ ipſi ꝑ ſe: vel iuris nõ ſunt participes vt ſerui [b]; vel dominij vt filijsfamiliarũ, ita vt in ipſarũ pſonis ſtipulationes conſiſtere nequeãt: cõſentaneũ eſt, vt porrò permeent longiùs, donec peruenerint ad eos, in q̃bus poſſunt cõſiſtere, cuiuſmodi eſt pater vel dominus. Quę verò ſunt facti, tũ naturalia ſũt tũ pſonalia. Atqui iã regula eſt, quod ad ea, quæ naturalia ſunt, attinet, Seruum non minùs eorum, quam liberum hominem compotem eſſe [c]; intantum, vt Seneca dicat, eorum intuitu, pro libero eũ haberi; Itẽ quæ perſonalia ſunt, perſonã nõ tranſire [d], ſed in ea ſolùm permanere. Sequitur ergo, eum qui in alterius manet poteſtate, cùm ius ſtipulandi habeat: vel

b. l. quod attinet ff. de reg. Iur.

c. l. j. Ad. l. Cor. de ſicar. l. ſeru. ff. de cõd. indeb.

d. l. inter artifices. ff. de ſolut.

ſuo iure, vt filius familias: vel dñi, vt ſeruus, poſſe rectè ſibi acquirere factum, videlicet, quia naturale eſt: & nō tranſmittere id ad patrem aut dominum, quia perſonale. Nec refert, quòd habitatio, quæ & ipſa perſonalis eſt, filio ſeruóue conceſſa, domino patriúe permittitur e: quoniam habitatio eſt ſeruitus, quæ ius continet, non factū: & hactenus eſt perſonalis, vt cum perſona pereat, nō aliter. Ait Imp. VELVTI SI SERVVS STIPVLETVR, VT SIBI IRE AGERE LICEAT, IPSE ENIM TANTVM PROHIBERI NON DEBET NON ETIAM DOMINVS EIVS. Qui ẽm ſtipulat̃, vt ſibi ire agere liceat, factū ſuū ſtipulat̃, diſſimiliter, ſi iter, actum, viã f, vel imperſonaliter, ire agere licere interroget, hoc enim ius continet g. Quid ſi foſſam fodiꝭ probabilius eſt, in ea ſtipulatiõe ius verti, propterea quòd nullū ſtipulatoris factum habeat, licet facti dicatur, collatiõe habita cum ſtipulatione dãdi. Tantūdẽ puto, & de illa ſtipulatione, rem tradi: quæ & ipſa, licet in perſonam ſit directa & factum magis contineat, à parte promiſſoris, quam ius: tamen nullum habet negotium ſtipulatoris. Factū accipitur in hoc

e. l. filio. ff. de vſu. & habit. l. vlt. C. de vſufr.

f l. ſi communis. ff. de ſtipul. ſeruo.

g. l. ſtipulationes nõ diuidũtur. ff. de verb. obligat.

in hoc articulo, non vt opponatur dationi, nec etiam vt tantùm iuri: ſed omnibus ijs, ex quibus ipſum id quod acquirit ſtipulator, aliud eſt, quàm pura nudaque eius actio: ſic enim hoc loci factum interpretari debet, quod nota.

CVI ACQVIRAT SERVVS COMMVNIS.

IMp. ait, SERVVS COMMVNIS STIPVLANDO, VNICVIQVE DOMINORVM PRO PORTIONB DOMINII ACQVIRIT, Si videlicet in genere vel ſibi vel dominis, vel conſeruis æquè communibus, non ſpecialiter, de quo mox, ſtipuletur. Et habet rationem, quia quemadmodum dominium & ius in ſeruum, quod ſimplex eſt, diffunditur ad plures ꝑ partibꝰ vel æqualibus, vel inæqualibꝰ vt manifeſtò cõſtat in hæreditate[a]: Ita etiã oportet id, quod ei iuri vel accedit, vel decedit, pro portiõe illarũ partiũ diſtribui, quoniã acceſſoriũ ſeq̃tur naturã principalis[b]. At id adeo eſt quod dicit Vlpianus, his ferè verbis. Serūꝰ cõmunis ſico-

a. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli. l. ea quæ. C. famil. hercisc.

b. c. acceſſorium. de re. Iu. in. 6.

ſic omnium eſt, non quaſi ſingulorum totus: ſed pro partibus vtique indiuiſis, vt intellectu magis partes habeant quàm corpore: & ideò ſi quid ſtipulatur, vel qua alia ratione acquirit, omnibus pro parte, qua dominium in eo habent, acquirit. Ait Imperator. NISI IVSSV VNIVS EORVM AVT NOMINATIM ALICVI EORVM STIPVLATVS EST: TVNC ENIM SOLI EI ACQVIRITVR. In vtroque nanque caſu, ſatis demõſtrat̃, id quod à ſeruo fit, ſub noĩe tãtũ eius fieri cui⁹ iuſſũ ſubit, vel quod tãtũdẽ valet [b], quẽ nominatim in ipſa ſtipulatione exprimit, eamq; eius eſſe cogitationẽ, vt ei ſoli quærat. Sed cũ is qui communis fundi fructus ſolus p̃cipit, communi diuidundo iudicio tenetur [c], cur non & illud in mediũ cõferri oportet, quod vnus è pluribus dominis ex ſtipulatiõe cõmunis ſerui acquiſiuit? Veriſsimũ eſt, ipſum dominũ, quia ſimplex & incorporale eſt, per ſe ſimpliciter inſpectũ, ad omnes dominos æqualiter & in ſolidũ pertinere, nec poſſe vnũ dici magis dominum quàm alterum: ſed quantum ad vtilitatem attinet, poteſt fieri, vt ex communi re, plus vnus, minus alter

b. l. vlt. C. per quas perſon.

c. §. quædã infra de actio.

alter percipiat: Si ergo id, quod aliquis de ſocijs, à communi re percipit, eſt eiuſmodi, vt vel ſubſtantiam ipſius rei imminuat, vel fructus: æquum eſt, vt id ponatur in medium, & quiſque pro portione dominij capiat: ſed ſi id in quo vtitur re vel ſeruo communi, neque eiuſmodi, vt ſubſtantiam eius minuat, neq; huiuſmodi vt fructus: totũ id quod percipit, facit ſuum immutabiliter, quoniã id quod percipit, non vt pro parte dominus percipit, ſed ſimpliciter vt dominus, nulla habita ratione partium. Seruꝰ ergo communis, ſtipulando vni, neque operas exhibere intelligitur, neq; quicquã de ſe prębere, in quod ratioñe diuiſionis cadere queat: ſed exiguum quendã & eum indiuiduũ actũ præſtare, qui quantum ad eas operas, non poteſt dici in vllam reputationem aut diuiſioñe vere. Et ideò totũ id, quod ita quærit, vel mãdatu vnius dominorum, vel expreſſo nomine totum illi ſoli domino applicatur. Illud dignam habet inſpectioñe, ſi ab alio iuſſus, alij nominatim ſtipuletur d. l. vlt. C. ſeruus vtri acquirat? & videtur ſecũ ipſe per quas diſsidere Iuſtinianus d in vna & eadem perſon. conſtitutione. Sed mihi rem preſsius

intuenti,ſic videtur,vt ſi ſeruus ſimpliciter ſtipuletur,ſoli ei acquirat qui iuſsit, ne malignitati eius quicquã indulgeat: ſi verò nominatim alij, plꝰ valeat dominici nominis mentio, quàm hærilis iuſſio,propter ipſum promittenté, qui fortè nollet ei qui iuſsiſſet promittere. Atque hæc interpretatio reſcripti principalis,tum ratiõe nititur,tũ ordine ipſius ſcripturæ,ſi modo diligenter inſpiciat̃, quaſi ſcilicet Imp. dicat in hunc modũ Si iuſſus ab vno,alteri nominatim ſtipuletur,quid dicemus?magis eſt, ei qui iuſſit potiùs acquiri, ſi modò generaliter ſine nomine ſit ſtipulatus:ſed ſi nominatim alteri,præferetur nominatio. Et extat quædã huiuſmodi loquutio (ne qs fortè ſit miratus de hac noſtra interp̃tatione)etiã alibi [a], vbi verba Imp. hęc ſunt. Quid ſi nepotes ſint,an appellatione filiorũ & ipſis tutores dati ſunt?Dicendum eſt,vt & ipſis quoq; dari videant̃,ſi modò liberos dixerit.Cæterum ſi filios,nó continebuntur:Aliter em̃ filij, aliter nepotes appellantur.Ait Imp.QVOD SERVVS COMMVNIS STIPVLATVR, SI ALTERI EX DOMINIS ACQVIRI NON POTEST, SOLIDVM ALTERI ACQVI

a.§.vlt. ſupra qui te. tut. dar. poſ.

ACQVIRITVR. non potiùs dimidium, vt pro dimidia parte valeat quod agitur, pro altera nullius ſit momenti? Communis ſeruus inquit Iulianus[b], duorum perſonam ſuſtinet, habens ab vtroq; dominorum ſeparatim plenam ſtipulandi poteſtatem, & ideo eius eſt conditionis, vt in eo quod alteri ex dominis poteſt acquirere, alteri non poteſt, perinde habeatur ac ſi eius ſolius eſſet, cui acquiréndi facultatem habet: quod quidem valde congruens eſt ijs, quæ ſuprà ſunt expoſita. Nam ſi ab vtroque ſimul haberet ius ſtipulandi, ſecùs eſſet. Sed nos in ſuperioribus probauimus ius ſtipulandi proficiſci ab ipſo dominio, quod non magis poteſt eſſe apud vnũ, quàm apud aliũ, licèt vni poſsit plus commodi adferre, quàm alij. Ait Imp. VELVTI SI RES, QVAM DARI STIPVLATVS EST, VNIVS DOMINI SIT. Quod enim meum eſt, non poteſt amplius nec meum fieri, nec mihi promitti, de quo ſuo loco latiùs[c].

b. l. 1. §. communis. ff. de ſtipulat. ſer.

c. §. 2. infr. de inutili. ſtipulat.

De diuiſione ſtipulationum.

STIPVLationum aliæ ſunt iudiciales: aliæ prætoriꝙ:aliæ conuentionales:aliæ communes,tam prętorię,quàm iudiciales. Iudiciales ſunt dũtaxat,quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cautio,vel de perſequendo ſeruo,qui in fuga eſt, reſtituẽdóue pretio,Prętoriæ ſunt,quę à mero prætoris officio proficiſcũtur:Veluti damni infecti, vel legatorum.Prætorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur ædilitię: nã & hæ à iuriſdictione prætoris veniũt. Conuentionales ſunt,quę ex conuentione vtriuſq; partis concipiũtur:hoc eſt,neq; iuſſu iudicis,neq; iuſſu prætoris: ſed ex conuentione con-

contrahentium, quarum totidem genera ſunt, quot(penè dixerim) rerum contrahendarum. Commu nes ſunt,veluti rem ſaluam fore pu pillo,(nam & prætor inbet rem ſal uam forè pupillo,caueri: & interdum iudex,ſi aliter hæc res expedi ri nõ poteſt)vel de rato ſtipulatio.

INTERPRETATIO.

QVOD ſuprà tractatũ eſt,ſtipulationum,alias puras eſſe,alias cõditionales, alias in diem,nõ tam diuiſionem earum continet quàm varietatem quandam qualitatũ, ſecundum quas non ſpecie differunt,ſed accidenti, quemadmodum & illud ſatis demonſtrat,quod in extremo titulo, de Duob.reis expoſitũ eſt.Hic verò de ipſa diuiſione ſermo inſtituitur. Ait Imp. STIPVLATIONVM ALIAE SVNT IVDICIALES, ALIAE PRAETORIAE, ALIAE CONVENTIONALES, ALIAE COMMVNES TAM PRAETORIAE, QVAM IVDICIALES

Vtau-

Vt autem diuiſio commodè percipiatur, non abs re eſt, ſi eius interpretationi paucula quædam, quæ ad eam rem faciunt, præponantur. Omnium ergo eorum, quæ inter homines contrahuntur, quædam ſunt quæ dicuntur principalia tum commercia & contractus, tum iudicia & actiones: quædam quæ cautionalia, quæ ad hoc interponũtur, vt quis cautior ſit, & ſecurior [a], vel in negotijs gerendis, vel in actionibus inſtituendis, fitque ſepenumero, vt pro actione ſiue contractu vel obligatione cautio præſtetur: ſed ſunt cautionaliũ, queadmodum & ipſorũ principalium (de quibus, nihil habeó neceſſariò nunc dicere) nonnulla priuata, vt cum quis in negotijs, contractibus, & alijs rebus à debitore ſibi cauet, tum reis, tũm pignoribus, tum ſponſionibus acceptis: nonnulla publica, vt cùm apud officiũm vel Prętorem ſibi quis proſpicit, quòd quidem iterum fit duobus modis. Nam cùm duplex ſit munus prætoris, quorum vnum in decretis interponendis, dijudicandiſq; cauſsis conſiſtit, quod proprium eſt Iuriſdictionis: alterum in ſartis tectis conſeruandis, authore Cicerone, quod

[a] l. quod de minore §. vlt. ff. de minorib. l. j. ff. de prætor. ſtipul.

quod proprium eſt mixti imperij, vt aliàs latiùs, noua ac facili, veraque ratione diſſeruimus, effectum eſt, vt & duplex ſit, quæ apud eum petatur cautela: vna quidem iudicialis, quę ſcilicet expediatur in cauſarum cognitione, vel per iudicem datum, vel per ipſum prætorem: (nam ſolet & is nõnunquam iudicare) Altera quæ in generali nomine ſtans, prætoria dicatur, quæ ſcilicet propter ſarta tecta conſeruanda, vt in operis noui nunciatione, damno infecto, poſſeſſionibus, interdictis & ſimilibus, interponatur: & certè cùm nonnulla quoque ſint, qui legibus, nonnulla quæ authoritate magiſtratus indigeant: vtique conſentaneum eſt, vt de quibuſdam legibus & Iure ſolenni dentur actiones & cautiones, de quibuſdam, viua quaſi voce prætoris. Nam & cùm alia ſint, quæ peculiari nomine vocentur iudicia, qualia ſunt quæ in ſecunda parte Digeſtorum tractantur: alia quæ prætoria, qualia quę in ſexta: nulli ampliùs dubium eſſe poteſt, quin cautionum aliæ ſint Iudiciales, quæ videlicet hæc tria in ſe habent, vt per iuriſdictionem expediantur, vt ſcriptis legibus inducantur, & vt de ijs

quæ

quæ merè iudicialia dicuntur in Pandectis præcipuè interponantur: Aliæ prætoriæ, quæ hęc tria vt per mixtum imperium tractentur, vt iure prætorio conſtituantur, & vt de ijs quę merè prætoria ſunt in Digeſtis exhibeantur. His breuiter præmiſsis, redeamus nũc ad id quod inſtat. Primum omnium illud indubitatum eſt, ſtipulationes ex eorum eſſe numero, quæ cautionalia vocantur[b], quæ que ad hoc, vt ſecurior quis ſit & cautior, conſtituuntur. Ex eo autem quòd probamus cautionalium alia priuatam, alia publicam cauſam habere: ſecundò & illud ducitur, ſtipulationum alias cõuẽtionales eſſe, id eſt priuatas, alias publicas: ſed cùm publica omnia, vel Iudicialia ſint, vel Prætoria, ſequitur tertiò ſtipulationes publicas, vel iuris & iuriſdictionis eſſe ciuilis, vel prætoris & mixti imperij. Nam quòd nonnullæ ſunt quæ mixtam habent rationem, quæ & communes dicuntur à duobus ſimplicibus inter ſe miſtis proficiſcitur[b], quod non eſt nouum. Et eſt quidẽ ea potiſsimùm inter iudiciales & prætorias differentia, vt illæ quidem à iure ciuili, hæ à Pretore conſtituantur: Illæ coram iudice dato, vel ip-

b. l. j. ff. de ſtipul. prætor. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obligationib⁹.

b. Vide notata in l. 2. ff. de verb. obliq.

vel ipſo Prætore tanquam iudice: hæ coram ſolo Prætore tanquam mixtum imperium obtinente, exerceantur: Illæ circa vindicationes, noxales actiones, & alia quæ vocantur iudicia: hæ circa nunciationes noui operis, damna infecta, tuitiones iuriſdictionum, & alia quæ vocantur Prætoria, verſentur. Dico autem CIRCA TVITIONES IVRISDICTIONVM. Nam & ipſarum [c] prætoriarum ſtipulationum, conſtat alias eſſe iudiciales, vt rem quę in iudicio tractatur, ratam haberi: iudicatum ſolui. Alias cautionales, vt de legatis, de tutela, de damno infecto: Alias communes, vt quę fiunt iudicio ſiſtendi cauſa. Hæc ergo vera, niſi fallor, ratio explicatioque diuiſionis ſtipulationum, in genere. Nunc ad ſingulas ſpecies tranſeamus. Ait Imper. IVDICIALES SVNT DVNTAXAT, QVE A MERO IVDICIS OFFICIO PROFICISCVNTVR: VELVTI DE DOLO CAVTIO, VEL DE PERSEQVENDO SERVO, QVI IN FVGA EST, RESTITVENDOVE PRETIO. Merum Iudicis officium id vocatur (vt ea quæ in genere dicta

c. l. ff. de prætor. ſtip.

dicta ſunt, ſingulis applicemus)primò, quod Iuriſdictionis eſt, & nec mixtum habet imperium adiunctum, nec merum:Secundò, quod neque circa res creditas,aut pignora,neque circa dotes,aut teſtamenta propriè verſatur:ſed circa ea quæ in ſecunda parte Digeſtorum Iudicia vocantur,& in quibus officium Iudicis verè verti dicitur[a].Tertiò,quòd Iuris ciuilis,non prætoris authoritate munitur. Iudicem verò,in hoc argumento,exaudimus:vel ipſum prætorem,quatenus iuris dicundi officium ſuſtinet: vel datum aliquem, aut delegatum, aut ordinarium Iudicem. PROFICISCI auté ex eius officio dicitur illud, quod ille pro ſuo officio iubet fieri, reſpectu rei,de qua litigatur,vt & ſubiecta exempla declarant. Nam quòd de dolo datur cautio,nulli alij rei paratur,quàm vt ne quid fraudis committatur circa id, quod petitur,quod de ſeruo perſequendo cautio, qui in fuga eſt, prorſus eodem pertinet. Et dicuntur hæ cautiones non ob id ſolùm Iudiciales, quòd mandante Iudice interponũtur, verùm etiam quia verſantur circa noxalem actionem,& rei vendicationem,quę duo

a. toto Tit. de offic. iud.

cum

cum iudicijs in Pandectis poni manifeſtum eſt, & denique quia proſiciſcuntur ab ea parte iuris, quę Ciuilis dicitur. Nam cautio de perſequendo ſeruo conſtat Senatus authoritate [b]: De dolo, plebis, Sciſcente videlicet Gallo Aquilio Tribuno plebis, authore Cicer. qui & damno iniuria dato tulit [c], & acceptilationis formam ac rationem præſcripſit. Ait Imper. PRAETORIAE SVNT, QVAE A MERO PRAETORIS OFFICIO PROFICISCVNTVR: VELVTI DAMNI INFECTI, VEL LEGATORVM. Merũ prętoris officium vocamus: Primò, quod nec iuriſdictione cõſtat, nec mero imperio, ſed mixto: Secũdò, quod non circa res deductas in creditum conſtitutum eſt: ſed circa ea quæ ſunt prouiſionis prętorię, tum rerũ, tũ ipſius iuriſdictionis vertitur. Tertiò, ꝙ nõ ab aliquo iure ciuili, ſed prętorio inductũ eſt. Vocamuſq; Prętoré hoc loci eũ propriè, qui ſartorũ tectorũ, & iuris ciuilis eſt cuſtos. Nã cùm iubet de damno infecto caueri, ſingulorũ ius defendit: cùm legatorũ nomine, vniuerſorum quodãmodo: quia teſtamentũ Iuris publici eſt [a], quéadmodũ & ordo Iuris dicũ-

b. l. ſi cũ exceptiõe. ſ. quaten° ff. quod met. cuſſ.

c. l. 1. ff ad. l. Aquil. d. ſ. Item per acceptilationẽ inf. quib. mod. toll. oblig.

a. l 3. ff. de teſtam.

di. De illo nõ ineleganter dubitatur, cũ ius tandẽ generis ſint illę cautiones, quę in reſtitutionibus integri, ex officio Iudicis imperãtur: & itẽ quę in bonefidei iudicijs interponũtur [b], in quib' ex bono & ęquo, magnę ſolẽt eſſe partes Iudicis [c]. Et eſt verũ, eas neq; huius neq; illi' eſſe generis: ſed vt loquitur Vlpian' [d], ex prętoris cognitione dependere, & merè extraordinarias eſſe, ita vt neq; ad iudiciales, neq; ad earũ numerũ, quę ex ppetuo ędicto prætoris proficiſcũtur accõmodari poſsint, quod etiã atq; etiã notãdũ eſt. Ait Imp. PRAETORIAS AVTEM STIPVLATIONES SIC EXAVDIRI OPORTET, VT IN HIS ETIAM CONTINEANTVR AEDILITIAE. NAM ET HAE A IVRISDICTIONE PRAETORIS VENIVNT. Sępe enim dictũ eſt Ius ędilitiũ magnam eſſe Iuris prętorij partem: & ratio eſt, quia quẽad modũ prætor, quaſi viua vox eſt Iuris ciuilis, generaliter, propter iuriſdictionẽ & vniuſcuiuſq; tuitionẽ: ita ędilis ſpecialiter, tũ ius dicit circa annonã & redhibitionẽ eorũ, quæ non integra ſanáue aut proba venierũt: tũ defenſionẽ & procurationẽ ſuſtinet eorũ, quę ad ludos pertinent

b. l. quod de minore §. vlt. ff. de minorib.
c. l. quęro. ff. loc.
d. d. quod de minore.

tinent;& ad ędes,tũ ſacras & prophanas, tum publicas & priuatas,à quibus & nomen accepit. Verbum IVRISDICTIONIS,ne id te fallat, non debet hîc accipi pro eo, ꝙ opponitur imperio mixto e: ſed quod opponitur legibus & iuri ſcripto.Nam ius aliud quaſi mutum,& tabulis incluſum eſt: Aliud quaſi loquens & viuum, quod in quotidiana conſiſtit exercitatione,quę iuriſdictio appellatur f. Ait Imp.CONVENTIONALES SVNT QVAE EX CONVENTIONE VTRIVSQVE PARTIS CONCIPIVNTVR: HOC EST, NEQVE IVSSV IVDICIS, NEQVE IVSSV PRAETORIS, SED EX CONVENTIONE CONTRAHENTIVM, QVARVM TOTIDEM GENERA SVNT, QVOT (PENE DIXERIM) RERVM CONTRAHENDARVM. Cùm enim ſtipulatio non tam ſit per ſe contractus, quàm aliorum contractuum quoddam quaſi ſepimentum, ita vt ſi quis ſine cauſa fuerit ab aliquo ſtipulatus, doli mali exceptione ſubmoueatur g: ferè ſic eſt comparatum, vt totidem ſint genera ſtipulationum, quot ſunt & rerum, de

e.l.imperium.ff.de iuriſd.omni.iud.

f.l.I.ius autẽ ciuile, cũ l.ſeq.ff.de iuſt.& iur. l.1.ff.de damno infect.

g.l.2.§.circa.ff.de doli mali & met.

quibus cõtrahi poſsit genera. Nã ſolent, vt diximus ex Varrone, veteres diligẽter & quidem anxiè operam dare, vt ſingulis rebus & negotijs, ſingulas ſtipulationes & formulas, pro natura cuiuſque, adfingerent: quod quidem repræhẽdit nõ vno loco Cicero. Et pertinet eodem, quod dicit Iurecõſultus, in omnibus pactis, in nouiſsima parte, ſolere fermè adijci, ſtipulatus eſt. Mæuius, ſpoſpõdit L. Titius h. Ait Imp. COMMVNES SVNT. VELVTI REM SALVAM FORE PVPILLO (NAM ET PRAETOR IVBET REM SALVAM FORE PVPILLO, CAVERI: ET INTERDVM IVDEX, SI ALITER HAEC RES EXPEDIRI NON POTEST) VEL DE RATO STIPVLATIO. Cautio rem pupillo ſaluam fore, hactenus eſt prętoria, ſi ab initio, cũ tutor datur, vel confirmatur à prætore, exigatur i: Hactenus iudicialis, ſi ratiõe iudicij alicuius inſtituti. De rato iubet caueri prętor, cùm circa talem aliquam rem, quę ſartorem tectorem ſit, extraneus, aliquis interuenit: Iudex, cùm circa iudicium.

h l. iuriſgẽtium. §. ꝓ ferè. ff. de pact.

i. §. penult. ſuprà de ſatiſd. tut.

FINIS SECVNDI LIBRI.

IOACH.

AD IVSTINIANVM DE OBLIGATIONIBVS ΠΕΙΘΑΝΩΝ
Liber Tertius.

De inutilibus ſtipulationibus.

OMNIS res,quæ dominio noſtro ſubiicitur,in ſtipulationem deduci poteſt:ſiue illa mobilis, ſiue ſolida At ſi quis rē,quæ in rerum natura,non eſt,aut eſſe nō poteſt,dari ſtipulatus fuerit: veluti Stichum qui mortuus ſit,quē viuere credebat:aut hippocentaurum, qui eſſe non poſsit:inutilis erit ſtipulatio. Idē iuris eſt,ſi rē ſacrā,aut religioſam,quam humani iuris eſſe credebat:vel publicam rē,quę vſibus po

puli perpetuò expoſita ſit, vt forũ, vel theatrum: vel liberum hominem, quèm ſeruum eſſe credebat: vel cuius commercium non habuerit, vel rem ſuam dari quis ſtipuletur. Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id, quòd publica res in priuatam deduci, & ex libero ſeruus fieri poteſt, & commercium adipiſci ſtipulator poteſt, & res ſua ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt, ſed protinus inutilis eſt. Item contrà, licèt ab initio vtiliter res in ſtipulatum deducta ſit: ſi tamen poſtea in aliquam eorum cauſam, de quibus ſuprà dictum eſt, ſine facto promiſſoris deuenerit: extinguitur ſtipulatio. Ac nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, Lucium Titium, cùm ſeruus erit, dare ſpondes? & ſimilia. Quæ enim natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem

deduci

deduci nullo modo poſſunt. Si quis alium daturum facturumúe quid promiſerit, non obligabitur: veluti ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quod ſi effecturum ſe, vt Titius daret, ſpoponderit: obligatur. Si quis alii, quàm ei cuius iuri ſubiectus ſit, ſtipuletur: nihil agit. Planè ſolutio etiam in extraneam per-ſonam conferri poteſt: Veluti ſi quis ita ſtipuletur, Mihi aut Seio dare ſpondes? vt obligatio quidem ſtipulatori acquiratur, ſolui tamen Seio etiam inuito eo rectè poſsit, vt liberatio ipſo iure contingat: ſed ille aduerſus Seium habeat mandati actionem. Quod ſi quis ſibi & alii cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt, valebit quidem ſtipulatio: ſed vtrum totùm debeatur ſtipulatori, quod

in ſtipulationem deductum eſt, an verò dari dimidia, dubitatum eſt: ſed placuit, nõ plusquàm dimidiam ei acquiri. Ei verò qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi acquiris, quia vox tua, tanquã filij ſit, ſicuti & filij vox tanquam tua intelligitur, in iis rebus quę tibi acquiri poſſunt. Prætereà inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat: veluti ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinque promittas, vel contrà: aut ſi ille purè ſtipuletur, tu ſub cõditione promittas, vel cõtrà: ſi modò ſcilicet id exprimas, id eſt, ſi cui ſub conditione vel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, præſenti die ſpondeo. Nam ſi hoc ſolùm reſpondeas, promitto: breuiter videris in eádẽ diẽ, vel cõditionẽ ſpoſpondiſſe. Neq; ënim necèſſè eſt in reſpõdẽdo eadẽ omnia repeti quæ ſtipulator expreſſerit.

rit.Itē inutilis eſt ſtipulatio,ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiect⁹ eſt,vel ſi is à te ſtipuletur. Sed ſeru⁹ quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt, ſed nec quidē vlli alij:filij verò familias alijs obligari poſſūt. Mutū neq; ſtipulari neq; ꝓmittere poſſe, palam eſt,quod & in ſurdo receptū eſt:q̄a & is qui ſtipulatur,verba promittentis:& is qui promittit,verba ſtipulantis audire debet:vnde apparet,non de eo nos loqui,qui tardiùs exaudit, ſed de eo,qui omnino non audit. Furioſus nullum negotium gerere poteſt,quia non intelligit,quod agit. Pupillus omne negotium rectè gerit:ita tamen vt vbi tutoris authoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor,veluti ſi ipſe obligetur,nam alium ſibi obligare etiam ſine tutoris authoritate poteſt. Sed quod diximus de pupillis, vtique de ijs verū eſt,qui iam habent aliquem intel-

lectú.Ná infans,&q infantię prox
imus eſt,non multùmà furioſo di-
ſtát: quia huiuſmodi ætatis pupilli
nullú habét intellectú.Sed in pxi-
mis infantię pter vtilitaté eorú
benignior iuris interpretatio facta
eſt vt idé iuris habeát quod puber-
tati pximi.Sed q inpoteſtate paren
tis eſt impubes, ne authore quidé
patre obligatur.Si impoſsibilis có
ditio obligationibus adijciatur, ni
hil valet ſtipulatio.Impoſsibilis au
tem conditio habetur, cui natura
impedimento eſt, quominus exi-
ſtat:veluti ſi quis ita dixerit,Si digi
to cœlum attigero, dare ſpondes?
At ſi ita ſtipuletur, Si digito cœ-
lum non attigero , dare ſpondes?
purà facta obligatio intelligitur:
ideoque ſtatim peti poteſt. Item
verborum obligatio inter abſen-
tes concepta, inutilis eſt. Sed cùm
hoc materiam litium contentioſis
hominibus præſtabat, fortè poſt
tempus

tempus tales allegationes opponentibus, & non præſentes fuiſſe vel ſe, vel aduerſarios ſuos contendentibus: ideo noſtra conſtitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes aduocatos ſcripſimus: per quam diſpoſuimus tales ſcripturas, quæ præſto eſſe partes indicant, omnino eſſe credendas, niſi is, qui talibus vtitur improbis allegationibus, manifeſtiſsimis probationibus, vel per ſcripturam, vel per teſtes idoneos approbauerit, toto eo die, quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel aduerſarium ſuum in alijs locis eſſe. Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat, non magis quàm poſt eius mortem, à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortem eius ſtipulari poterat: quia patris vel domini

voce

tem concepta ſtipulatio, veluti ſi Titius dicat, cùm moriar, dare ſpõdes? vel, cùm morieris, & apud veteres vtilis erat, & nunc valet. Item poſt mortem alterius rectè ſtipulamur. Si ſcriptum in inſtrumèto fuerit promiſiſſe aliquem: perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedẽte reſponſum ſit. Quoties plures res vna ſtipulatione compræhẽduntur: ſiquidem promiſſos ſimpliciter reſpodneat, dare ſpondeo, propter omnes tenetur. Si verò vnã ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit, obligatio in his, pro quibus ſpoponderit, contrahitur ex pluribus enim ſtipulationibus vna vel quædam videntur eſſe perfectę ſingulas eñ res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus. Alteri ſtipulari vt ſupra dictum eſt, nemo poteſt. Inuentæ eñ ſunt huiuſmodi ſtipulationes, vel obligatiões ad

hoc,

hoc vt vnuſquiſque acquirat ſibi quod ſua intereſt. Cæterùm ſi alij detur, nihil ītereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere, pœnā ſtipulari conueniet: compræhenſum ſit, vt eſt, vt niſi ita factum committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei, cuius nihil intereſt. Pœnam enim cū ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit eius, ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. Ergo ſi quis ita ſtipuletur, Titio dari? nihil agit. Sed ſi adiecerit pœnam, Niſi dederis, tot aureos dare ſpondes? tunc cōmittitur ſtipulatio. Sed & ſi quis ſtipuletur alij, cū eius intereſſet, placuit ſtipulationē valere. Nam ſi is qui pupilli tutelā adminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtrationem contutori ſuo, & ſtipuletur rē pupilli ſaluam fore q̄m intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cū obligatus futurus eſſet pupillo, ſi malè res geſſerit)
tenet

tenet obligatio. Ergo & ſi quis procuratori ſuo dari ſtipulatus ſit, ſtipulatio habebit vires. Et ſi creditori ſuo quis ſtipulatus ſit, quod ſua intereſt, ne fortè vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur quæ pignori data erant: valet ſtipulatio. Verſa vice, qui alium facturum promiſit, videtur in ea eſſe cauſa, vt non teneatur niſi pœnam ipſe promiſerit. Item nemo rem ſuam futuram, in eum caſum quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur. Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum nõ eſſet: veluti ſi hominem Stichũ à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris. Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt: veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturum promittat, non valet. Cùm quis ſub aliqua conditio-

ditione ſtipulatus fuerit: licet ante conditionem deceſſerit, poſtea exiſtente conditione hæres eius agere poteſt. Idem eſt & à promiſſoris parte. Qui hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt: niſi omĩbus partibus anni, vel menſis præteritis, non rectè petet. Si fundum dari ſtipuleris vel hominem: non poteris continuò agere, niſi tantum ſpatium preterierit, quo traditio fieri poſsit.

TITVLVS.

a. l. filius fa. ff. de mil. teſta.
b. l. ſi vnus §. pactus. ff de pact.
c. l. j. ff. de iniuſt. rup & irr. fact. teſt.

INVTILIA dicuntur in iure ciuili, quæ vel pœnitus nulla ſunt, putà quando aut contra naturam ſit, aut iniuſta [a], vel ſine vi & effectu [b], quæ reapſe quidem conſtant, ſed nullam de ſe vtilitatem præbent aut virtutem, refertq; ſæpè multùm, hóc ne an illo modo quid ſit inutile [c], quamuis tamen in hoc argumento, parum eut

nihil

nihil interſit. Ordo autem ſub hoc titulo ſeruatur talis: qualis ſæpe eſt in multis Pandectarum titulis. Nam primũ exponitur ſimpliciter certis aliquot capitibus id, quod proprium eſt rubricæ, quo modo ſcilicet ſtipulationes ſint inutiles ratione rei, quæ deducitur in ſtipulatũ, Perſonæ, de cuius facto, vel cui dari, promittitur. Formæ interrogationis & reſponſionis, Perſonæ ſtipulantis & promittentis. Conditionis adiectæ, vel impoſsibilis vel abſurdæ. Secundo, reſumuntur & tractantur accuratiùs ea, quæ priori parte dicta ſunt, quidem in Digeſtis a longè frequentiſsimum eſt, videlicet vt primum ſimpliciter & ordine ſingula cognoſcantur: pôſt deindè verò, ſi quid habeant maioris rei, vti fuſiùs & prolixiùs explicentur.

a. l. quod dicitur. 86. ff. de verb. ob. l. quod dictum eſt ff. de pact.

M DE

DE STIPVLATIONIBVS INVTILIBVS PROPTER REM SVBIECTAM.

AIt Imp. OMNIS RES, QVAE DOMINIO NOSTRO SVBIICITVR, IN STIPVLATIONEM DEDVCI POTEST: SIVE ILLA MOBILIS SIT, SIVE SOLI. Quicq̄d enim dominij noſtri eſt, idē & cōmercij eſſe debet: & quorū eſt cōmerciū, eorum eſt & ſtipulatio: nā ſtipulatio ad nullū aliū vſum q̄ ad cōtractuū & cōmerciorū cōfirmationē eſt excogitata. Ideo aūt fit propalā mentio rerū ſoli, quoniā earū nō eſt eodē modo cōmerciū, quo mobiliū. Mobiles enī nō ſolū veniūt in cōmerciū, verū etiam in mercatū a promercij cauſa. Immobiles verò propter hominū neceſsitates vendi quidē poſſunt, ſed promercales eſſe non poſſunt, & ideo nemo rectè poteſt domū mercari, vt eā iterum quaſi mercator diſtrahat. Ait Imp. AT SI QVIS REM, QVAE IN RERVM NATVRA NON EST, AVT ESSE NON POTEST, DARI STIPVLATVS FVERIT: VELVTI STICHVM, QVI MORTVVS SIT, QVEM VIVERE CREDEBAT: AVT HYPPO-

a. l. mercis. ff. de ver. ſign.

HYPPOCENTAVRVM, QVI ESSE NON POSSIT: INVTILIS ERIT SVIPVLATIO, Quemadmodũ enĩ in factis impoſsibiliũ nulla eſt obligatio a, ita quoq; in rebus nulla intelligitur ſtipulatio eorũ, quę vel reb⁹ humanis ita ſunt exempta, vt in expectatione ampliùs non ſint, vt mortui: vel à natura ſic nobis denegata, vt nõ niſi mõſtro aliquo, vel oſtẽto exſtant, vt hyppocẽtauri, quorũ nulla eſt habẽda ratio, cũ ius ad ea tantũ accõmodetur, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidũt. RERVM NATVRAM accipimus hic, q̃ ſenſibus rem exponit. Inter non eſſe in rerũ natura, & eſſe non poſſe, hoc intereſt, ꝙ id quod nõ eſt, fuerit aliquãdo, ſed deſierit: Id quod eſſe nõ poteſt, nunquã naturaliter fuerit, nec futurũ ſit. Illa verba QVEM VIVERE CREDEBAT hoc habent ſignificationis, vt ſi quidem is qui, ſcit hominem mortuum, eum ſtipuletur, alia ratione nihil agat, q̃ ſuprà diximus. Nam qui ignorat, ideò nihil agit, qa eorũ quę nõ ſunt nulla obligatio, qui ſcit ideo, quia ludere videtur c. Ait Imper. IDEM IVRIS EST, SI REM SACRAM, AVT RELIGIOSAM, QVAM HVMANI IVRIS ESSE CREDEBAT: VEL PVBLICAM,

a. c. impoſſibiliũ de reg. iu. in 6.

b. l. 3. cum trib. ll. ſeq. ff. de legi.

c. l. non ſolum. ff. de acti. & ob.

QVAE VSIBVS POPVLI PERPETVO EXPOSITA SIT, VT FORVM, VEL THEATRVM: VEL LIBERVM HOMINEM, QVEM SERVVM ESSE CREDEBAT: VEL CVIVS COMMERCIVM NON HABVERIT: VEL REM SVAM DARI QVIS STIPVLETVR.

Quemadmodum enim ea quæ iure prohibita ſunt, pro impoſsibilibus habentur [a]: ita par etiam habetur ratio eorum, quæ iure commercijs hominum ſunt exempta, & eorũ quæ natura. Sed ſunt eorum quædam, quæ ſimpliciter extra cõmercium ſunt: quædam quæ certorum hominum reſpectu [b]: Prioris generis ſunt res ſaçræ, quæ ad ſuperos: religioſę, quæ ad inferos: publicæ, quæ ad medioximos, (vt Plautino verbo vtar) referũtur [c]: cùm enim nullius ſint, non ſunt in commercio, quemadmodum nec homo liber, qui Republicæ potiùs quàm ſuus eſt [d]. Poſterioris generis ſunt, veluti quòd prædia eccleſias habentia, non poteſt acquirere hæreticus: non Chriſtianum mancipium, Iudæus [e], non rem Romani iuris, peregrinus [f]: non militiam, ſeruus improbúſue [g]. Nam quod rem ſuam nemo rectè ſtipulatur, non tam iure pro-

a. l. filiusfamilias. ff de mil. te.
b. l multũ. ff. de ver. oblig.
c. §. nulli[9] ſupra de rer. diuiſ.
d. l. liber homo. ff. ad. l. Aqu.
e. l. j. C. Ne Iudæ. mancip. Chriſtia.
f. l. quidã. ff, de pœnis.
g. vide. l. mortuo in §. Labeo. ff de legat.

re prohibitum eſt, quam natura: per quã id, quod reuera meum eſt, ampliùs meũ fieri non poteſt h, videlicet, quia dominium quod circa rerũ ſubſtantias verſatur, neque maius neque minus accipit, quemadmodum nec ipſa ſubſtantia. De illo memini apud Veteres agitatum, cur liberi hominis & loci ſacri ac religioſi, qui haberi non poteſt, emptio intelligatur, ſi ab ignorante ematur? Sed mihi placet Pauli ratio i, cuius verba ſunt, quia difficile dinoſci poteſt liber homo à ſeruo. Vtile enim eſt Reipublicæ mercatũ liberè exerceri, quod quidem nulla alia re faciliùs obtinetur, quàm ſi ſecuri ſint emptores, vel de ipſa re quam emunt, vt in venditionibus Fiſcalibus k; vel ſi id ſine alicuius iniuria fieri non poteſt, ſaltẽ de ipſo cõtractu, ita vt id quod intereſt, conſequi poſsint vt hîc. Si ergo mercatus verſatur circa huiuſmodi res, in quibus facilè labi quis poteſt & errare, (qs enim rem ſacram à prophana, publicam à priuata diſtinguat?) melius eſt promouendæ negotiationis cauſa contractum ratum tenere, aliter ſi quis rem ſuam emat, aut cuius commercium non habeat, etiam ignorans, Nam huiuſmodi ignoran-

h. l. cùm res. C. de contrah. emp.

i. l. & liberi eum. l ſeq. ff. de contraſi. emp.

k. §. vlt. ſupra de vſucap.

norantia odioſa eſt, & cum vitio coniūcta. Planè ſtipulatiões & ſi aliquo modo ad ius commercij pertinere videri poſſunt, tamen quia ſtricti iudicij ſunt, & ciuium tantū Romanorum, non admittūt huiuſmodi ex bono & æquo interpretationem. Quod dicitur in textu, QVAE VSIBVS POPVLI PERPETVO EXPOSITA SIT, ſignificat alias quaſdam eſſe publicas res, quæ in pecunia populi ſint, & in commercium cadunt [a]. Ait Imper. NEC IN PENDENTI ERIT STIPVLATIO OB ID, QVOD PVBLICA RES IN PRIVATAM DEDVCI, ET EX LIBERO SERVVS FIERI POTEST. ET COMMERCIVM ADIPISCI STIPVLATOR POTEST. ET RES SVA STIPVLATORIS ESSE DESINERE POTEST: SED PROTINVS INVTILIS EST. Quod enim ab initio non valet, non poteſt tractu temporis conualeſcere, idque ſiue in teſtamentis & emptionibus, ſiue in ſtipulationibus, quæ præſertim ex præſenti vires accipiunt [b], loquamur. Vt interim illud omittam, quòd in ſacris, religioſis, publicis, & libero homine nefas ſit expectare caſum, quo res illæ vel prophanæ fiant vel priua-

a. l. quid tamen. ff. de contra. emp. & ve.

b. l. ſi fili⁹. fam. ff. de verb. obl.

priuatæ[c]: Iã verò quòd rẽ meã ſub cõditione, ſi nauis ex Aſia venerit, (nã de illa ſi res mea deſierit, poſt dicã) recte ſtipulor, nihil aduerſatur nobis in hoc loco: quoniã pendente conditione nondũ cõſtat, vtrũ rẽ ſuã quis ſtipuletur, an alienã quia tẽpore euentus conditionis videt demũ fieri ſtipulatio. Et quod dicitur exordiũ in ſtipulationibus ſpectari[e], hactenus verũ eſt, ſi ius attendas quod verſatur in acquiſitione patri applicanda: nõ ſi id quod in facto conſiſtit, quale eſt rem meã vel non meã ſtipulari. Ait Imp. ITEM CONTRA, LICET AB INITIO VTILITER RES IN STIPVLATVM DEDVCTA SIT: SI TAMEN POSTEA IN ALIQVAM EORVM CAVSAM DE QVIBVS SVPRA DICTVM EST, SINE FACTO PROMISSORIS DEVENERIT, EXTINGVITVR STIPVLATIO. Quæ enim rectè conſtiterunt, reſoluuntur, cum in eum caſum recidunt, à quo non potuerunt conſiſtere[f]: quanquam tamẽ & in diuerſam partem hoc à nonnullis veterum fuerit diſputatum, vt ex Marcello colligitur[g], & quod in regulis iuris canonici dicitur Factum legitimè non debet retractari,

c. d. l. ꝙ tamen.
d. l. rẽ meam. ff. de verb. obl.
e. d. l. ſi filiusfam.
f. l. ſi ſeruũ §. j. ff. de verb. obli.
g. l. exiſtimo. ff. de verb. obl.

licet poſtea caſus euenerit, à quo non potuit inchoari h: de eo vtique facto accipiendum eſt, quod vel penitus expletum eſt: veluti, ſi res promiſſa & tradita, ſacra fiat: vel cui tale accidit impedimẽtum, quod non incœpta incipi quidẽ vetat, ſed incœpta non prohibet perfici, quod hîc longè ſecùs eſt re, quæ dari poſsit, ſubtracta: Notabiliter autem dicitur, SINE FACTO PROMISSORIS. Nam alioqui culpa repræſentat ipſam rem i. Ait Imp. AC NEC STATIM AB INITIO TALIS STIPVLATIO VALEBIT: LVCIVM TITIVM, CVM SERVVS ERIT, DARE SPONDES? ET SIMILIA. Ratio ſubiungitur, QVAE ENIM NATVRA SVI, DOMINIO NOSTRO EXEMPTA SVNT, IN OBLIGATIONEM DEDVCI NVLLO MODO POSSVNT. Vel enim nefas eſt expectare, vt res ſacra, prophana: homo liber, ſeruus fiat: vel ridiculum, vt hyppocentaurus naſcatur: aut ſeruus mortuus, reuiuiſcat. Sed ſi quis rem illam, quæ non ſui natura, ſed perſonæ qualitate in eius commercio non eſt, ſtipuletur, nihil obſtat, quominùs valeat ſtipulatio in eum caſum, quo ſtipulans commer-

h. c. factũ de reg. iur. in. 6.

i. l. qui reſtituere. ff. de rei ve.

cium

cium eius habere cœperit. Quid enim ſi ſeruus militiam ſtipuletur in eum caſum, quo liber fiat: dominus rem ſuam in eum caſum, quo ab illo abſcedat[a]?

[a] l. ſi rem meam. ff. de verb. obli.

DE STIPVLATIONIBVS INVTILIBVS PROPTER PERSONAM, de cuius facto, aut cui promittitur.

AIt Imper. SI QVIS ALIVM DATVRVM FACTVRVMVE QVID PROMISERIT, NON OBLIGABITVR. VELVTI SI SPONDEAT TITIVM QVINQVE AVREOS DATVRVM. Rationem reddit Vlpianus: Nam de ſe quemque promittere oportet[a], non alienis rebus ſe immiſcere[b]. Planè ſtipulatiões aliquot prætoriæ, cuiuſmodi eſt Iudicio ſiſti, Rem ratam haberi, & ſi alienum factum continere videantur, tamẽ nihilominùs valent: vtique, quia promiſsionem eius quod intereſt continent, ne coram Præ-

[a] l. ſtipulatio iſtà. ff. de verb. oblig.
[b] l. culpa. ff. de reg. iur.

tore ludere quis videatur:quæ res facit, vt nõ id quod alterius eſt,ſed quod pro priũ eſt,ſpondere dicatur c;Iam illa verba ciuilia, HABERE LICERE DOLVM MALVM ABESSE, non ſimplex affirmatiuum vel abnutiuum continent:ſed neque per te neque per hęredem tuum futurum,quominus habere liceat,quominus dolus malus abſit d: licet enim prima ſpecie is,qui habere licere,vel dolum abeſſe promittit,hoc videatur promittere, non futurum per quenquam omninò,quominus habere liceat, dolus abſit: tamen in dubio non debet latiùs porrigi,quàm ad ipſum promiſſorem & hæredem eius, qui eadem cum ipſo cenſetur perſona, cuiuſque reſpectu verba ita concipere videtur. Ait Imp. QVOD SI EFFECTVRVM SE, VT TITIVS DARET SPOPONDERIT, OBLIGATVR. De ſua enim diligentia vnuſquiſque rectè pollicetur: Sed cur ſemper,cùm alium quis daturum facturúmue promittit, quaſi id ſe effecturum recipiat,non interpretamur? proprius eſt, in ſtipulationibus verba non excedi, & ideo nullã extrinſecus interpretationẽ admitti e,quod ſecùs eſt in ijs tamen ſtipula

c l. quoties 2. ff de ver oblig.

d l. ſtipulatio iſta l. Inter ſtipulãtẽ. ff de ver. oblig.

e ſ. vnico, inſti. inſ. de ob. ex cõſen. l. quę quid adſtringẽdę. ff de verb. oblig.

pulationibus, quæ à Prætore ſunt excogitatæ. Ait Imper. SI QVIS ALII, QVAM EI CVIVS IVRI SVBIECTVS SIT, STIPVLETVR, NIHIL AGIT. Inuentæ enim ſunt (inquit Vlpianus)[f] huiuſmodi obligatióes ad hos, vt vnuſquiſque ſibi acquirat quod ſua intereſt. Cæterùm vt alij detur, nihil intereſt mea. Scio naturaliter beneficio affici hominem intereſſe hominis[g], & ob id ea quæ naturalia ſunt, vni per alterum acquiri, qualis eſt poſſeſsio[h]. Sed in ciuilibus contrà, culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, videlicet vt ne materiam diſcordiæ pariat[i], & ob id ſtipulatio quæ ciuilis eſt, non poteſt alteri per alterum quæri. Illa verba QVAM EI, CVIVS IVRI SVBIECTVS SIT. oſtendunt patri dominóue, in cuius quis poteſtaté ſit, rectè quem ſtipulari de quó ſuprà eſt expoſitum. Ait Imper. PLANE SOLVTIO ETIAM IN EXTRANEAM PERSONAM CONFERRI POTEST: Eſt enim ſolutio actus planè naturalis[a], & ob id confertur rectè in perſonam extranei. Nec mouet quòd qui ſolutionem alicui

f l. ſtipulatio iſta. in. §. alteri ff. de verb. oblig.

g l. ſeru. ff. de ſer. export.

h §. ex his. ſup. per quas perſon.

i l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de legata.

a l. ſolutã. l. ſtichum aut Pãphilũ §. naturalis. ff. de ſolut.

ſtipulatur, dominij tranſlationem, quæ iuris eſt, ipſo effectu paciſcitur: hoc enim per conſequentiam eſt, & nō venit principaliter in reputatiōné [b]. Ait Imp. VELVTI SI QVIS ITA STIPVLETVR, MIHI AVT SEIO DARE SPONDES? Quandocunque enim ſtipulator cōiungit alternatim ſuam perſonam cū perſona extranea, manifeſtum eſt inquit Iulianus [c], & alio loco Paulus [d], nō obligationis acquirendę, ſed ſolutionis tantùm gratia, perſonam extraneam adhiberi. Sed cùm ita dico, mihi & Titio dare ſpondes? cur non videtur in Titium conferri ſolutio? An quia per rerum naturam hoc agi illis verbis videtur, vt pro virilibus partibus vnicuique acquiratur obligatio? quę res facit, vt cùm negotium aliam idoneam interpretationem non capiat, pro parte ſtipulantis vna ſtipulatio ſtare: pro adiecti altera cadere debeat? Et eſt ſanè veriſsimum, cùm ita dico, MIHI AVT TITIO DARI, hoc in cogitatione eſſe, vt alterutri totum acquiratur: ſed cùm fieri non poſſit, vt iure obligationis adiecto adquiratur, ne rẹs cadat, ſed ſtet potiùs [e], ita oportet interpretari, vt in vno ius obligationis

b. Arg. l. ſi vnus in §. illud. ff. de pact.

c. l. eum qui ita. §. qui ſibi. ff. de verb. obli. d. l. qui res §. qui ſtipulatur. ff. de ſolut.

e. l. quoties ff. de reb. dub.

tionis hęreat, alteri rectè ſolui poſsit. Quibus rebus fit, vt nihil in ſtipulatione ſuperuacuum efficiatur, quod quidem laborandum eſt, quo ad eius fieri poteſt f. Quid autem ſi quis ita dicat, id quod mihi debes, Titio ſoluere ſpódes? quid dicemus? rectè collatam eius ſolutionem in eius perſonam, an non? Magis puto, non rectè: tum, quia nihil inuenio relatum, nec hîc nec alibi: tum quia ſolutio eſt natura ſui acceſſoria ad obligationem: & eſt regula, Niſi à me vim accepit obligatio, adiectionem nihil poſſe valere g: tum denique quoniam illa verborum forma magis reſpicit ad delegationem, quàm ad collationem ſolutionis in aliquem. Ait Imper. VT OBLIGATIO QVIDEM STIPVLATORI ACQVIRATVR, hoc enim in cogitatione ſtipulantis verſari ſuprà probauimus, quémadmodum & illud quod ſubijcitur, VT SOLVI TAMEN SEIO, ETIAM INVITO EO, RECTE POSSIT, videlicet, quia dú adiecto ſoluitur, vt inquit Paulus h, mihi ſolui videtur, tanquam per núcium aut procuratorem: & quod adijcitur, ETIAM INVITO EO, rationem habet: quia Quod ſemel placuit, & in

f. l. vero p. curatori ff. de ſoluc:

g. l. vlt. ſ. vlt. ff. de verb. ob.

h. l. ſi ita ſtipulat' ſim ff. de ſolu.

pulatione,à parte mandatarij,in accep-
tione ſolutionis,ſcienter,ex huiuſmodi
ſtipulatione facta.Nam quod obijci po-
teſt,non eſſe verum mandatum,hoc eſt, e l. vero ꝓ
non expreſſum [e],nihil ad rem facit:quia curatori ff.
nota eſt regula iuris,Eandem vim eſſe ta de ſolut.
citi & expreſsi [f]:& ob id non minus re- f l. cùm qd
ctè agi mandati ex tacito mãdato,quàm ff. ſi cert.
ex eo quod propalam & nominatim fa- pet.
ctum eſt. Ait Imper. QVOD SI QVIS
SIBI, ET ALII CVIVS IVRI SVB-
IECTVS NON SIT, DARI DECEM
AVREOS STIPVLATVS EST, VA-
LET QVIDEM STIPVLATIO. Cùm
enim duarum perſonarum mentio du-
as faciat ſtipulationes (quemadmodum g l. ſcire de
duarum rerum vel locorum ſolet [g]) vnã bem⁹ l. 1. §
quidem vtilem,& alteram inutilem,non antepẽ. ff.
debet vitiari hæc vtilis ſtipulatio ꝑ hãc de verb.
inutilem, non magis quàm apta conce- oblig.
ptio verborum per ſuperfluam & abũ-
dantem aliquam adiectionem,quæ peni
tus ab ea ſeiũcta ſit,ſolet vitiari [h]. Planè h l. quę ex
quòd in nõnullis caſib⁹ id quod inutile trinſec⁹ ff.
eſt,trahit ad ſe id ꝙ vtile: facilè poteſt, de verb.
vel ꝓpter neceſſariã cõnexionẽ, vel ob oblig.
iuſtã aliquã cauſam ſuis locis expediri.
Nec enĩ defendũt Iuris ciuilis authores.

pro

pro regula: Vtile per inutile non vitiari. Sed quoties tale quid occurrit, toties dicunt illud de quo tractant, vtile per illud inutile non [a] vitiari, quaſi ſcilicet aliàs aliter accidere poſsit: quod quidem non ſatis diligenter videntur attendiſſe Iuris Pontificij [b] authores, qui pro regula id in genere tradiderunt. Ait Imper. SED VTRVM TOTVM DEBEATVR STIPVLATORI, QVOD IN STIPVLATIONEM DEDVCTVM EST, AN VERO PARS DIMIDIA, DVBITATVM EST: Dubitationem facit ab vna parte, tum ius accreſcẽdi, tum quòd emptione hoc modo facta, fundus ille eſto mihi & Titio emptus, Titij perſona pro ſuperuacua habetur: ita vt totius fundi emptio ad me pertineat [c]: Ab altera verò parte ſtat Pomponij [d] ratio, cuius verba hęc ſunt: Si mihi & Titio, in cuius poteſtate non ſum, ſtipuler decem: non tota decem, ſed ſola quinque mihi debẽtur, pars enim aliena deducitur: vt quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat meam partem. Atque hac ratione commotus, ait Imper. SED PLACVIT, NON PLVS QVAM DIMIDIAM PARTEM EI ACQVIRI. Nam quod

a. l. 1. §. antepẽ. ff. de verb. obli.
b. c. vtile. de reg. iur. in vj.
c. l. fund'. ff. de contrah. emp.
d. l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obligat.

quod obijcitur de iure accreſcendi, nihil facit ad propoſitum: quia id demum poteſt accreſcere, quod ſemel conſtitit, & poſt deinde deficit, non verò quod ab initio nullum eſt: id enim vel ſola naturalis ratio demonſtrat, etiam ſi à Pomponio nihil eſſet expreſſum. Quod autem in emptione ac venditione aliter receptum eſt, quam in ſtipulatione, indè proficiſcitur: quòd rerum emptio, vno indiuiſo precio, licèt nomine plurium facta, vna [e] ſit: ſtipulationes verò [f] tot intelliguntur, quot ſint vel res vel partes rerum, vel perſonæ, quę diuerſas partes & res faciant. Nam ſi ei quod per ſe vnum eſt, adijciatur mentio alicuius perſonę inutiliter, id pro ſuperuacuo habendum eſt, nec debet quicquam detrahi ipſi rei. Sed ſi ex duabus ſtipulationibus in decem conceptis, vna non valeat, conſequens eſt, eam quę remanet, pro quinque tantùm conſiſtere poſſe, quod & verum eſt. Nam quòd alij aliter tradunt hanc rem, non tam firmis rerum argumentis, quàm probabilibus quibuſdam & veriſimilibus rationibus, ex bono & ęquo ductis, eſt ſubnixũ. Ait Imp. EI VERO QVI IVRI TVO SVBIECTVS

e l. ædiles aiũt. ff. de ędilit. edi.

f l. ſcire debemus ff. de verb. oblig.

TVS EST, SI STIPVLATVS SIS, TIBI ACQVIRIS. Rationē ſubijcit Imp. QVIA VOX TVA, TANQVAM FILII SIT. Eſt enim vna & eadem tecum perſona g, tum naturali ratione propter procreationem, quæ ſola non ſufficit: tū ciuili, ꝑpter Ius patriæ poteſtatis, quod plenam authoritatem & coniunctionem tribuit h. Ait Imp. SICVTI ET FILII VOX, TANQVAM TVA INTELLIGITVR. Eſt enim relatiuorum, vt vulgò dicitur, eadem natura i: Si patris vox filij eſt, conſequenter neceſſarium eſt, & filij vocem patris eſſe, Quod autē addit Imp. IN IIS REBVS QVAE TIBI ACQVIRI POSSVNT, ſignificat, vt idoneo loco expoſitū eſt, nec ea patri acquiri, quę in facto conſiſtunt: quia ſcilicet perſonalia ſunt, & naturalia, quorum reſpectu nulla habetur ratio patriæ poteſtatis k; nec ea, quę publici iuris & caſtrenſis peculij ſunt: quippe quia quantum ad illa attinet, ſui quodāmodo iuris habeatur filiusfam. cū l ſit ciuis romanus, non minus quam ipſe paterfa, & ius militare ſit extraordinarium, nihil pertinens ad ius commune.

g l. vlt. C. de impub. & alijs ſub.

h vid. §. j. Inſt de nu.

i §. j. Inſt. de his qui ſui vel ali. Iur. ſunt.

k l. ſi id q. ff. de cōdi. indeb.

l §. j. qb. nō eſt permiſ. fac. teſt. Inſt.

DE STIPVLATIONIBVS INVTILIBVS. RESPECTV FORMVLAE INTERROGATIONIS *& reſponſionis.*

DIcit Imp. PRAETEREA INVTILIS EST STIPVLATIO, SI QVIS AD EA QVAE INTERROGATVS FVERIT, NON RESPONDEAT: Cum enim ſtipulatio ex interrogatione conſtet ac reſponſione [a], & qui perperam reſpondet, pro eo ſit, ac ſi non reſponderet [b]: cui dubium eſt, quin vitioſa ſit illa ſtipulatio, in qua congruè ad interrogata non eſt reſponſum? Verba Vlpianus [c] alibi ſunt hęc. Quod autẽ ait prætor, omnino non reſpondiſſe, poſteriores ſic acceperunt: vt omnino non reſpondiſſe videatur, qui ad interrogatum non reſpõdit. Ait Imp, VELVTI SI QVIS DECEM AVREOS A TE DARI STIPVLETVR, TV QVINQVE PROMITTAS, VEL CONTRA: AVT SI ILLE PVRE STIPVLETVR, TV SVB CONDITIONE PROMITTAS, VEL CONTRA: SI MODO SCILICET ID EXPRIMAS, ID EST, SI CVI SVB CONDITIONE VEL IN DIEM

a l. nemo. ff. de verb. oblig.
b l. lis nulla. ff. de iu.
c l. frater à fratre. ff de cond. indeb.
d l. pactũ dotale. C. de pact. conuent.

STIPVLANTI, TV RESPONDEAS, PRAESENTI DIE SPONDEO. Hæc exempla oſtendunt duobus modis perperàm reſponderi poſſe: Vno, ſi de certa re interrogatus, de alia reſpondeas: Altero, ſi alia forma quàm inſtipulatus es, promittas. Nam vnum quidem vitium eſt materiæ, alterum qualitatis & formę. Quod Vlpianus alibi dicit, eum qui decem interrogatus, quinque promittit, rectè reſpondere, vtpote quia manifeſtum eſt, in decem quinque ineſſe d, nihil aduerſatur huic loco. Vlpianus enim ad veritatem & ius faciendum loquitur. Iuſtinianus hic ad rem propoſitam exemplo tantum declarandam. Nam cum exempla non faciant ius, nihil attinet, vtrùm in ijs exactè veritas limetur, nec ne, modò prima facie, & ad ſenſum, ac populariter, veritatem in ſe cótineant. Sic enim eum qui olim ſeruus fuit, ſeruum vocamus e: ſic eam ſtipulationem puram dicimus, quę reuera diem habet vel códitionē f: Sic ἐν πλάτει ſiue παχυμερέστερον (quod ſolū in exēplis ſpectatur) etiam dicimus hic veram quidem eſſe Vlpiani ſententiam, ſi limanda ſubtiliter ſit veritas: ſed tamen non dubi-

d l. j. §. ſi ſtipulanti ff. de verb. obligat.

e §. 2. ſup. qb. ex cau. ma. lic. vel

f l. interdū ff. de verb. obl.

dubi-

dubium eſſe, quin alia ſtip. ſit, quæ quinque, quàm quę decem continet: & ob id quoque aliter quàm interrogatus eſt reſponderi videri eum prima ſpecie, qui decem dare ſtipulatus, quinque promittat. Iam autem, quòd in duobus reis, non videtur diuerſa ſtipulatio, ſi alter purè ſit obſtrictus, alter ſub conditione, quod hic ſecus eſt, vt in ſecundo exemplo patet, ſuo loco latiùs eſt explicatum. Ait Imper. SI MODO SCILICET ID EXPRIMAS, ID EST, SI CVI SVB CONDITIONE VEL IN DIEM STIPVLANTI, TV RESPONDEAS, PRAESENTI DIE SPONDEO. Tunc enim demum conſtat aliter interrogatũ, aliter reſponſum eſſe: Sequitur. NAM SI HOC SOLVM RESPONDEAS, PROMITTO, BREVITER VIDERIS IN EANDEM DIEM, VEL CONDITIONEM SPOPONDISSE. Quémadmodum enim genus, compendio ſermonis omnes ſuas ſpecies complectitur: pari modo generalis reſponſio ad certam aliquam interrogationem relata, omnes eius partes in ſe continet, haud diſsimiliter, atque omnia illa, quæ in præfationibus tractata ſunt, in ipſo ne- S l. Meui'. ff. deleg 2.

h l. Titia §. ff. de ver. obligat.

f l. ſciēdū ff. de ver. oblig.

k l. j. §. 2. ff. de verb. oblig.

negotio cenſentur repetita[h]: & item quemadmodum ſi ſcriptum ſit ſpopondiſſe aliquem, omnia præſumuntur ſolēniteri acta. Sed quid? inquies: nōne ſolēnitas ſtipulationis id videtur expoſtulare, vt tot verbis reſpondeatur, quot ipſa conceptio facta eſt? Reſpōdet huic ſcrupulo tacitè Imp. NEQVE ENIM NECESSE EST IN RESPONDENDO EADEM OMNIA REPETI QVAE STIPVLATOR EXPRESSERIT, Sic enim tractat in hoc argumento Vlpianus[k]: Verùm ſi quis ita interrogatus, Dabis? reſponderit, Quid ni? conſiſtet ſtipulatio? & reſpondet, eum vtiq; in ea cauſa eſſe vt obligetur, quaſi ſcilicet ad interrogantis formulam ſolummdò attendatur, non verò reſpondentis, quæ videlicet ad interrogationem, tanquam ad ſuum fundamentum, referri poſsit, Et certè quòd tota ſolennitas ſtipulationis conſiſtit in interrogando, facilè adducor vt credā: tum quia nomen eſt negotio datum ab eo, tum quia ſtipulantis perſona precipuè ſpectatur in concipiendo, & quia ſolus ſtipulator agit.

DE STIPVLATIONIBVS INVTILIBVS RATIONE PERSONAE ſtipulantis vel promittentis.

DIcit Imp. ITEM INVTILIS EST STIPVLATIO, SI VEL AB EO STIPVLERIS. QVI TVO IVRI SVBIECTVS EST, VEL SI IS A TE STIPVLARETVR. Quia enim eadem eſt perſona filij qui in poteſtate degit,& patris: non magis poteſt quis intelligi à patre filióve rectè ſtipulari, quàm à ſeipſo. Cui & illud accedit, quòd omnia filij patris ſunt, & quòd rem ſuam ſibi dari, nemo rectè ſtipulatur.[a] Denique quòd[b] lis nulla inter patrem & filium eſſe poteſt, quòd tantundem valet. Nam ſublato effectu, & rem ipſam tolli regulariter neceſſe eſt. Planè quòd naturalis obligatio inter patrem & filium contrahi poteſt[c], alia res eſt: Iure enim naturali non eſt nota patria poteſtas, quæ iure demũ ciuili conſtituta eſt.

a l. nemo. ff. de ver. obligat.
b. l. lis nulla. ff. de iud.
c l. frater à fratre ff. de cond. indeb.

Et quod tacitè quodam loco videtur ſignificari d, dotem maternam rectè filiũ, qui in poteſtate eſt, à patre ſtipulari, nihil mirum eſt: quoniam mortua matre bona eius ſunt in aduentitio peculio filij, quod certè à bonis paternis diſcretionem habet, quemadmodum & caſtrenſe ac quaſi caſtrenſe peculium. Sed an ſtipulatio inter patrem & filium obligationem naturalem pariat, quæſtionis eſt? Et puto non parere, non magis, quàm fideiuſsio ſerui, vel ſtipulatio inutiliter concepta, obligationem naturalem producit e: niſi fortè probari poſsit hoc actum eſſe, vt ſi iure ciuili non valeat quod agitur, ſaltem iure naturali conſiſtat: vel niſi etiam iuris gentium aliquis contractus ineatur, vt emptio venditio, locatio, conductio. Ait Imp. SED SERVVS QVIDEM NON SOLVM DOMINO SVO OBLIGARI NON POTEST, SED NE QVIDEM VLLI ALII. Quod enim attinet ad Ius ciuile, ſeruus pro nullo habetur, quod quidẽ & ad Ius gentiũ porrigitur, cuius authoritate dominatio primùm introducta f eſt: qua quidem re fit, vt nec Iuris ciuilis obligationis ſeruum teneant, nec Iuriſgentiũ,

d l: pactũ dotale. C. de pact. cõuent.

e l. j. §. 2. ff. de ver. obligat. l. ſi ſeruus ff: de fideiuſ. l. ſi id ꝙ ff. de cõd. indeb,

ſed

ſed naturales tantùm, quales ex nudo pa
cto ferè oriuntur. Ait Imp. FILII VERO
FAMILIAS ALIIS OBLIGARI POSSVNT:
Habent enim duo Iuris per ſe capita, libertatem & ciuitatem, licet tertium caput, quod eſt familia, per ſe non habeât:
atque ita fit, vt tam ciuilium contractuũ quàm iuriſgentium ſint capaces, quemadmodum & publicorum munerum & honorum, competitque eorum nomine contra eos, tanquam contra quemlibet liberum hominem, & ciuem Romanum g, actio: Nam quòd ipſimet agere regulariter non poſſunt ex ſuis contractibus h, non Iuris gentium aut ciuilis defectu contingit: ſed quia omnia quæ habent, in quibus ſunt & actiones, patri Iure poteſtatis applicantur. Iam verò quòd voto obſtringi non poteſt i filius familias, non magis quàm ſeruus, ob id eſt, quòd votum perſonam vouentis, quæ in dominio patris eſt, & non rem quæ vouet, obligat. Nam regula iuris eſt: Id quod meum eſt, ſine facto meo nec ad alium tranſire, nec alij obſtringi poſſe k: Qua quidem cauſa factum eſt, vt nec matrimonium, quod perſonam tenet, ſine cõſenſu parentum iure ciuili conſtitui poſ

g. l. ſi filius fa. ff de Iu.
h. l. filius fa. ff de ac.
i. l. ſi quis rem. ff. de pollicitat.
k. l. id q. ff. de reg. Iu.

l.ſ.j. Inſt. de nupt. ſit l. Cæterùm obligationes perſonales licet in perſonam concipiantur, non aſficiunt tamen primitus perſonam, ſed per conſequentiam: & eſt argumento, quòd obligationes ſine re quæ debeatur, contrahi non poſsint, vota verò vel matrimonia poſsint. Planè fauore religionis, qua ſolum Deum verum patrem & dominum agnoſcimus, comparatum eſt iure Pontificio, vt ſine patris authoritate, religioſa vota facere filiusfamilias poſsit, quod & in matrimonio vulgò propter religionem Sacramenti probatum eſt. Ait Imperator. MVTVM NEQVE STIPVLARI NEQVE PROMITTERE POSSE PALAM EST.

m.l.j.ff.de verb.obli. Stipulatio enim inquit Vlpianus m non poteſt concipi, niſi vtroque loquente, quod longè ſecùs eſt in emptionibus, locationibus, mandatis, & alijs eiuſdem exemplis Nec mouet verò, quod vxoré ducens, etiam mutus, tacitè obligatur ex ſtipulatu pro dote: Nam multa fiunt per cóſequentiam, quæ directò fieri nequeũt. Poteſtque mutus & per ſeruum ſuũ præſentem ſtipulari, videlicet quia non tam

n.l.j.ſ.vlt. ff.de act. iure impeditur, quàm facto ſiue natura n; ſecùs verò eſſet ſi iure impediretur.

Ait

Ait Imperator. QVOD ET IN SVRDO RECEPTVM EST: Ratio ſubiungitur, QVIA ET IS QVI STIPVLATVR, VERBA PROMITTENTIS: ET IS QVI PROMITTIT, VERBA STIPVLANTIS AVDIRE DEBET, Hoc enim ipſo quòd lex verba vtrinque exigit, requirit etiam, vt ab vtraque parte exaudiantur, ne ſcilicet eluſorium ſit, quod ſtatuit. Ait Imperator. VNDE APPARET, NON DE EO NOS LOQVI, QVI TARDIVS EXAVDIT, SED DE EO, QVI OMNINO NON AVDIT. Quémadmodũ enim is, qui grauiter loquitur, vel ἀσαφῶσ, vel κεδμ@. Itẽ is, qui balb', blæſus, aut atypus eſt, non habetur pro muto ᵒ: ita nec eum qui tardiùs exaudit, cum ſurdis numerare oportet, ſed eum tantùm qui omnino non audit. Ideo aũt voluit Imp. iſtud nominatim expreſſum, vt ne quis propter magnam in ſtipulationibus ſolennitatẽ, putet, minùs celeriter audientibus locum non eſſe. Nã quæ cõmuni vitæ conſeruandæ gratia introducta ſunt, non debent facilè minùs expeditè loquentibus vel audientibus auferri: quemadmodũ & in teſtamentis expreſſim adnotatur p. Ait Imper. FVRIOSVS NVL-

o.l. mutũ. ff. de ædil. edict.

p. §. item ſurd'. Inſt. quib. non eſt promiſ. fac. teſta.

NVLLVM NEGOTIVM GERERE POTEST: Ratio adijcitur. QVIA NON INTELLIGIT, QVOD AGIT, Et eſt regula, In omnibus q rebus, quæ dominiũ tranſferunt, concurrere oportere affectus ex vtraque parte contrahentium. Non obſtat verò quod in pupillis, vt iam iam dicetur, aliter probatum eſt r: quoniam aliud eſt in eo, quod in certiſsima, naturaliter, expectatione cum ſit, nondum quidem adoleuit, ſed pedetentim & quotidie magis ac magis creſcit: aliud in eo quod poſtquam fuit, morbo vitióue contra naturam abſumptum eſt. Nam quod aliquo modo eſt, ſuppleri poteſt, vel legis authoritate, vel magiſtrat⁹ aut tutoris: quod verò in totum eſſe deſijt, nullum accipit ſupplementum. Atque hac quidem ratione fit, niſi fallor, cur ſpadones adoptare poſsint, caſtrati non poſsint ſ? Iam autem, quòd prodigus qui furioſo comparatur, prodeſſe ſibi poteſt & non nocere, nihil ad rem pertinet: Nã prodigus hactenus pro furioſo reputatur, ſi rerum ſuarum furioſum faciat exitum: hactenus ſanæ mentis habetur, ſi lucrũ ſentiat, ne videlicet interdictio, quæ in fauorem eius introducta eſt, in odiũ

q. l. In omnibus. ff. de act.

r. l. in negotijs. ff. de reg. Iur.

ſ. §. ſed & illud. Inſt. de adopt.

eius detorqueatur [t]. Furioſus cùm abſentis, dormientis, quieſcentisque loco ſit [v], nec prodeſſe ſibi poteſt nec nocere, quanquam ex ijs cauſis, ex quibus ignorantibus nobis acquiritur obligatio, etiam illi acquiri poſsit [x], quemadmodum & pro conſentiente nonnunquam habetur in ijs caſibus, in quibus non contradicere pro conſenſu eſt [y]. Vocamus autem hîc furioſum non eum, qui præter modum timidus [z], cupidus, auarus, iracundus, melancholicus, proteruus, leuis, ſuperſtitioſus, aut contumax eſt: ſed qui ſurſum deorſum fertur, deridenda per vicos & aliena loquens faciens, à quo & nomen accepit: quanquam tamen cum eo numerandos putem in hoc argumento, fatuos, moriones, dementes, inſanos phreneticos & eos qui circa phana bacchantes reſponſa edunt, cum ſimilibus, de quibus tum apud Cornelium Frontonem Grammaticum, tum apud noſtros paſsim Iureconſultos. Ait Imperat. PVPILLVS OMNE NEGOTIVM RECTE GERIT. Ita vt aliquid geſsiſſe dici poſsit in genere: & eſt ratio, quia vtiq; aliquam mentem habet, licet imperfectam: qua ratione fit, vt in genere conſi-

t. l. nulla. ff. de il.

v. l. 1. ff. de acqu. poſ.

x. l. ſi à furioſo. ff. de act.

y. l. 2. §. vl. ff. ſol. mat.

z. l. 1 2. 3. ff. de ędi. ed.

ſtat quod agit, quod quidem in furioſo probari non poteſt, cū omnino mēte careat: cui conſequēs eſt, pupillū incipere poſsidere poſſe, furioſum nō poſſe, quod & verum eſt [a]. Ait Imper. ITA TANEN VT VBI TVTORIS AVTHORITAS NECESSARIA EST, ADHIBEATVR TVTOR: VELVTI SI IPSE OBLIGETVR. Licet enim aliquo modo conſiſtat quod agitur, tamen, vt vires negotiū habeat, opus eſt, vt iudicium pupilli, quod exiguum eſt ſuppleatur, authoritate tutoris, videlicet ne incaptionem incurrat propter lubricum ætatis, quæ res quoq; facit, vt ad nihilū deducatur ipſo iure omne id, quod actum eſt, ſi nulla intercędat authoritas tutoris: quia id quod eſt quidem, ſed ſine viribus, corruere neceſſe eſt, ſi non accedat aliquid, quod ei vires addat. Ait Imp. NAM ALIVM SIBI OBLIGARI ETIAM SINE TVTORIS AVTHORITATE POTEST. Quia enim mētem habet pupillus vt oſtendimus, verū eſt conſiſtere per ſe negotium: quia non eſt ſuſpecta captio aliqua vel fraus, non modò non ſpoliatur ſuo effectu, verùm è contrario magis ac magis adaugetur. Nam quod fortè occurri poteſt, nō eſſe

a. l. quanuis, §. infās ff. de acq. poſſ.

teuera rem perfectã,propter minùs plenum animi iudicium ,neque is qui contrahit ,rectè allegat: quia is qui contrahit cum aliquo, non debet eſſe ignarus conditionis eius [b]: neque ipſe quoque legumlator:quia eius eſt fauere pupillo, & augere vtilitates eius, quantũ poteſt, non diminuere [c]. Atque ita quidem naſcitur cõtractus illud genus,quod μέσον μεταξὺ in quodã iuris loco vocat [d]. Ait Im. SED QVOD DIXIMVS DE PVPILLIS, VTIQVE DE IIS VERVM EST, QVI IAM HABENT ALIQVEM INTELLECTVM. Ratio ſubiungitur. NAM INFANS ET QVI INFANTIAE PROXIMVS EST, NON MVLTVM A FVRIOSO DISTANT. Ratio rationis, QVIA HVIVSMODI AETATIS PVPILLI NVLLVM HABENT INTELLECTVM, Notabiliter autem ex audi quod dicitur, NON MVLTVM quoniam hactenus adhuc differunt infans & furioſus vt furioſus cùm non tutorem qui perſonæ, ſed curatorem qui rebus datur, habeat: nullo modo poſsit incipere poſsideri, infãs poſsit,tutore authore, qui eius iudiciũ suppleat [e]. Et ratio quidem huius ſeparationis inter poſſeſsionẽ & ſtipulationẽ eſt,

b. l. qui cũ alio. ff. de reg. Iur.

c. l. j. §. vlt. ff. de act.

d. l. ſi duo. §. idem Iu. ff. de iurej.

e. d. l. j. &. l. quanuis.

f.l.j. §.j. ff. de acquir. poſſeſſ.

eſt, quia poſſeſsio [f] magis eſt facti, & in contactu corporis conſiſtés, quàm iuris: & ita fit, vt maior pars quæ facti eſt, & cuius etiã infans planè particeps eſt, trahat ad ſe minorem, quæ iuris & in conſenſu poſita eſt, cuius ſi non verè compos eſt infans, tamen ita compos eſt vt eius ſemina quædam & initia in ſe habeat. Cæterum in ſtipulatione longè ſecus accidit: habet enim iuris multum cuius non eſt particeps infans, facti parum: atque inde fit, vt nec infans, nec is qui fari poſsit, ſi tamen actum rei non intelligat, vt proximus infantiæ ſtipulationũ ipſo iure contrahat, vt hic dicitur, licet ex æquo bono paulò aliter probetur vt iam ſequitur: Ait enim Imperator.

SED IN PROXIMIS INFANTIAE PROPTER VTILITATEM EORVM BENIGNIOR IVRIS INTERPRETATIO FACTA EST VT IDEM IVRIS HABEANT. QVOD PVBERTATI PROXIMI. Nam propter benignitatem mitiùs acceptum eſt, vt qui loqui poteſt credatur & ſtipulari & promittere rectè poſſe, ſuadente videlicet id fauore, quo legumlator pupillos compræhendit, vt ne quicquam omnino vel minimum cõ-

g.l.j. §. vlt. ff. de act.

modi-

moditatibus eorum propter iuris rigorem detrahatur. Sed infantes & infantiæ proximos, & item pubertati proximos, quéadmodũ accipiemus? Et ſcio nõnullis locis pueritiam, vſque ad ſeptimumdecimum annum computari [h]: Infantiã vſq; ad ſeptimũ [i]: Quæ quidem ita puto vera eſſe, ſi de ijs quæ meri iuris ſunt, qualis eſt poſtulatio & deliberatio, dicamus. Cæterum in propoſito, quoniã de reipſa, vſuq́; loquẽdi magis tractamus, quã de iure, verius puto, infantem eum accipi, qui fari non poteſt, puberẽ eum, qui quatuordecim annos natus eſt: Proximũ infantiæ, qui nõ dum ſeptimũ annum impleuit. Proximum pubertati, qui maior eſt ſeptẽ annis. Idq́; ita & in delictis contrahendis, quibus contractus, nõ ſunt abſimiles, à pleriſq; omnibus relatũ reperio [k]. Sepoſito eo, quod & iudicis aliquæ debeant eſſe partes ſolerter inquirẽdi, vtrùm is quo de agitur, doli capax ſit, nec ne, quod omnino puto ſequẽdũ. Ait Imp. SED QVI IN POTESTATE PARENTIS EST IMPVBES. NE AVTHORE QVIDEM PATRE OBLIGATVR. Idq́ue ſiue infans ſit, ſiue infantiæ pubertatiúe proximus. Et eſt ratio, tum

h.l.j. ff. de poſtul.

i.l.ſi infanti.C. de iure delib.

k. vid. not. in.c.1.&.2. ext. de deg pueror.

quia nulla eſt obligatio filijfamilias impuberis, ita vt confirmari planè nequeat, quod nullum eſt: tum verò, quia pater non ſit talis perſona, quæ authoritatem ſuam huiuſmodi rebus poſſit accommodare. Ac quòd nulla penitus eſt obligatio filijfamilias impuberis probatur: quia non eſt ullo modo iuris ciuilis particeps idque neque naturaliter, quia non habet legittimam ætatem, quæ efficit, ſi nihil aliud obſtet, vt matrimonium legittimum & alia negotia cõtrahere quis poſsit: neq; ciuiliter, quia non eſt ſui iuris, quod facit, vt quis compos fiat omuiũ rerum ciuilium: neq; denique iure Quiritum, quia nondum decimũ octauum annum ingreſſus veſticeps effectus eſt, cuius beneficio fit, vt in

l.1.ff.de poſt.§.vlt Inſt. quib. ex cauſ. ma.

iure quis conſiſtere & de iure reſpondere poſsit l. Quòd patris perſona non eſt idonea ad authoritatẽ obligationi filijſa milias præſtandã, indè palã fit, quòd patria poteſtas iuris domeſtici ſit, & non pertineat ad ea quæ iuris cõmunis ſunt, cuiuſmodi ſunt obligationes, nuptiæ, maximè tempore impuberis ætatis filij, vt iam dictũ eſt. Nam quòd poſt pubertatem quædã aliàs prohibita rectè peraguntur

guntur cum conſenſu illius: quædã ſine etiã cõſenſu: quædã nec cũ cõſenſu, nec ſine: inde comparatum eſt, quòd quę domeſtici iuris ſunt, vt nuptiæ, conſenſum illius requirant: quæ ciuilis, vt obligationes, nõ requirant: quæ ciuilis pariter & domeſtici, vt teſtamenta, ne eo quidem volente concedantur filiofamilias. Nã cùm lex, ſaluo iure patriæ poteſtatis, nõ poſsit filiofamilias dare liberam teſtãdi facultatem, non debet quoque in poteſtate patris priuati hominis eſſe, manẽte patria poteſtate, id efficere[m]. Quæ quidem ratio, & huic loco poteſt accommodari, ne ſcilicet cùm lex nolit impuberẽ ſine tutore obligari, id per patrem priuatum hominem concedatur. Planè quòd tutore authore rectè obſtringitur pupillus impubes, ex eo comparatũ eſt, quòd is qui domeſtico iuri amplius nõ eſt ſubditus, iam ciuilis iuris ſit effectus cõpos, & ea omnia poſsit, quæ Iuris ciuilis ſunt excepto, quòd propter infirmum ætatis ne in fraudem illiciatur, non aliter plenam vim habet quod agit, quàm ſi iuris ciuilis authoritas, cuius miniſter eſt tutor[n], accedat.

m. arg. l. nemo. ff. de leg. j. l. non dubium ff. de reg. Iur.

n §. j. Inſt. de excuſa. tut.

DE STIPVLATIONIBVS INVTILIBVS PROPTER CONDITIONEM CONCEPTIONEMVE IMPOSSIBILEM, MALAM vel abſurdam adiectam.

AIt Imper, SI IMPOSSIBILIS CONDITIO OBLIGATIONIBVS ADIICIATVR, NIHIL VALET STIPVLATIO. Ratio ſecundum Martianum [a] ponitur his verbis. Non ſolùm inquit ſtipulationes impoſsibili conditioni applicatæ, nullius momenti ſunt: ſed etiam cæteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impoſsibili conditione interpoſita, æquè nullius momenti ſunt: quia in ea re, quæ ex duorum pluriumúe conſenſu agitur: omnium voluntas ſpectatur, quorum proculdubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment, appoſita ea conditione, quā ſciant eſſe impoſsibilē: Planè in vltimis [b] teſtantium voluntatibus, ideo pro nō ſcripta habetur impoſsibilis cōditio, qa ea res non eſt talis quæ duorū pluriūúe con-

a l. non ſolū ff. de act

b §. impoſſibilis. ſuprà de hæred. Inſtit.

conſenſu peragatur, ſed vnius tantū, qui facilè labi poſsit & errare: ſitq́; ita, vt dubium ſit, an ſponte talē aliquam conditionem adiecerit, an per imprudentiam, quod magis quodammodo præſumitur: ex quo porrò efficitur, conditionē illā pro ſuperflua & non ſcripta habendā eſſe, videlicet quia in ambiguis pro vltima voluntate reſpondere melius eſt c: quanquàm ob eandē cauſam ſubindè fiat, vt & pro expleta habeatur, quòd quidem eodem recidit d. In ſtipulationibus & alijs contractibus, quia res inter plures agit, non videtur per imprudentiam cōditio impoſsibilis ſtipulationi iniecta. Nā quēadmodum geminationis ea vis eſt, vt nudum pactū, quod alioqui vim nō habet, faciat cōſiſtere, vtpote quia id quòd iterū atq; iterum repetitū eſt, nō videtur temerè, ſed cogitatò dictū: ita quod duorū pluriumúe negotio adiectū eſt, non videtur inſcienter, ſed ex certa ſcientia factum: quippe quia id quod vnum fugiſſe potuiſſet, alterū percepturū fuiſſe præſumitur, quod quidem in eo, quod ab vno fit, multò ſecùs eſt. Nec ad rem pertinet, quòd in nuptijs, in quibus duorum conſenſus exquiritur, aliter eſt receptum

c. l. in teſtamentis. ff. de reg. Iur.

d. l. facta. §. ſi ſub cōdicione. ff. ad trebell.

e.c. vlt. ex tra. de cõdit. appoſ. receptum e: hoc enim, vt profitetur ipſe ſummus Pontifex, tum fauor efficit, quẽ & in teſtamẽtis ſubeſſe nõ ineptè poteſt tractari: tũ quòd diuini iuris ſit matrimoniũ, in quo nemo videtur ludere, vt ſit, vel pro nõ adiecta: vel impleta haberi debeat impoſsibilis conditio. Ait Impe. IMPOSSIBILIS AVTEM CONDITIO HABETVR, CVI NATVRA IMPEDIMENTO EST, QVO MINVS EXISTAT: VELVTI SI QVIS ITA DIXERIT. SI DIGITO COELVM ATTIGERO, DARE SPONDES? Licet enim quemadmodum & alias oſtendimus, diuina aliqua ratione, ſuprà naturã poſita fieri poſſe videaẽ tamẽ id perindè habeẽ apud homines, atq; ſi fieri non poſsit: ſpectaẽ quippe ſola natura. Et exaudimus quidẽ naturã non ſolũ ſecundũ Phyſicos, verũ etiã ſecũdũ eos, qui de moribus tractant, quaſi ſcilicet & illud inter ἀδύνατον ponatur, quod ſalua honeſtate ſine turpitudine fieri nõ poſsit. Sic enim dicimus hominẽ occidere nõ minùs ἀδύνατον eſſe, q̃ digito cœlum attingere, quod & verum eſt, & ab omnibus tum conſultis tum philoſophis conſtanter probatum d. Ait Imper. AT SI ITA STIPVLETVR, SI DIGITO COE-

d. l. filiusf. ff. de milit. teſt.

TO COELVM NON ATTIGERO,DARE SPONDES? PVRE FACTA OBLIGATIO INTELLIGITVR: IDEOQVE STATIM PETI POTEST. Eius enim quod fieri non poteſt cõtrarium, conſtat neceſſarium eſſe, & eſt regula, Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnino exſtitura eſt, purè videt̃ ſtipulari e. Quid ergo ſi quis ita ſtipuletur, Si Titiũ non occidero, dabis decem? an probabimus puram eſſe ſtipulationem? Et puto probandum, ſed cum temperamento. Nam ſi mentio Titij non occidendi, tãquam cauſa quædam adijcitur, propius eſt, vt non conſiſtat obligatio: ipſum enim hoc turpe eſt, pro ſcelere nõ admittendo quaſi mercedem & pretium paciſci f. Si verò vt nuda puraque conditio inſeritur, non habito reſpectu ad reuocationem à ſcelere, nihil video, cur non idem in his impoſsibilibus ſeruari debeat, quod in alijs. Quid enim, ſi quis de eo quem charisſimum habeat, non occidendo conditionem concipiat? Quid ſi is qui vitæ morumque ſobrietate apud omnes commendatus, decem ſtipuletur ſi non libidinoſè vixerit? Quanquam credam in ijs, quorum lubricior eſt vita

e. n.l. ſi pupill'. ff. de nouat.

f. l. Iuriſ. §. ſi ob. ff. de pact.

conditio, mediam quandam viam ſequē dam eſſe videlicet vt non niſi adimpleta conditione committatur ſtipulatio. Eſt enim conditio pro inuitamento quodā quod in quibuſdam non habet turpitudinem. Ait Imperator. ITEM VERBORVM OBLIGATIO INTER ABSENTES CONCEPTA, INVTILIS EST. Quia enim vt ſuprà expoſitum eſt, ſtipulatio non contrahitur niſi vtroque loquēte, neceſſarium eſt, vt nec literis nec per nuncium expediri poſſit, ſed coràm tantum, & viua voce[g]. Nam quod de ſpōſaliorum inter abſentes conciliatione dicitur[h], nihil obſtat: quoniam hodie ſufficit ſolus conſenſus ad ea conſtituenda, licet veteribus moris fuerit, vt inquit Vlpianus, ſtipulari & ſpondere ſibi vxores futuras? Nec facit quoque multùm quod apud Paulum eſt relatum, de muliere, quæ per literas marito ſpondere videtur[i]. Non cōtrahit enim ſuis literis ſtipulationem mulier, ſed contractā cū ſeruo, q numerauerat vt aſſolet, perſcribit maritò, quod quidem in multis creditis ſolet obſeruari, vtpote epiſtolis, quandam ſcripturæ vim habentibus, cui ſcripturæ ſolent omnes ferme ſtipulationes

g. l. j. de ver oblig. h. l. 3. ff. de ſponſal.

i. l. ea quæ. ff. de donat. inter vi & vxor.

ones mandari, quemadmodum & ex ijs quæ paulò pòſt dicentur, licebit intelligere. Ait Imp. SED CVM HOC MATERIA LITIVM CONTENTIOSIS HOMINIBVS PRAESTABAT, FORTE POST TEMPVS TALES ALLEGATIONES OPPONENTIBVS, ET NON PRAESENTES FVISSE VEL SE, VEL ADVERSARIOS SVOS CONTENDENTIBVS. Quod caſu ſuboriebatur dubitatio, vt inquit Iuſtinianus [k], vtrùm ei qui ſcripturam adfert, incumberet probatio adfuiſſe aduerſarium, an contrà. Nam quemadmodum is qui ſcripturam à ſe habet de pecunia numerata, nihilominus tenetur probare [l], ſe numeraſſe: ita etiam eodem argumento videbatur rationabile, vt & is qui ſcripturam proferret de preſentia diuerſæ partis, eam priùs probaret, quàm in iudicio obtineret. In contrariam partem vrgebat, quod generaliter ſi ſcriptū ſit promiſiſſe fideiuſsiſſeúe aliquem [m], omnia videntur ſolenniter acta, in quo & præſentia ſtipulantium videtur contineri, quod tamen omnino verùm non eſt: Nam & eum præſentem dicimus nónunquam, qui per ſeruū pręſentē ſtipulatur.

k l. optimā C. de cōt. cōmit. ſti.

l l. cū de indebito. ff. de proba.

m l. ſciendū ff. de ver. obli.

 latur.

latur. Et ſub hoc verbo ſtipulat⁹ eſt Publius Menius, ſpopōdit Lucius Titius, cōtinetur quidē interrogatio & reſpōſio, ſed non pręſentia directò. Cui & hoc accedit, cū quòd inſtrumēta ſtipulationis, quemadmodum & mutui, ferè fiant, re, vel peracta, vel poſt agenda, non magis debeat illis credi de præſentia, quàm de numeratione. Hæc ergo faciebant veteribus dubitationem. Ait Imperator. IDEO NOSTRA CONSTITVTIO PROPTER CELERITATEM DIRIMENDARVM LITIVM INTRODVCTA EST, QVAM AD CAESARIENSES ADVOCATOS SCRIPSIMVS: PER QVAM DISPOSVIMVS, TALES SCRIPTVRAS, QVAE PRAESTO ESSE PARTES INDICANT, OMNINO ESSE CREDENDAS. Hic omnino nota non ſatis eſſe, in ſcriptura mentionem fieri ſtipulationis, niſi etiā pręſentię fiat: & tamen peræq; nondum ipſo iure credi illi ſcripturę, ſed tantùm propter vtilitatem, vt videlicet liberior & ſecurior ſit curſus negotiationis. Ex quo quidem porrò intelligitur, nec ipſi quidem Iuſtiniano viſum fuiſſe, præſentiam partium, in ſtipulatio

ſtipulatione, de ſolennitatibus eius eſſe ſed ſequelam tantùm quandam ſelẽnitatum, quę & adeſſe poteſt, & abeſſe, vt ſi fortè per ſeruum præſentem quis ſtipuletur: Nam alioqui ſi crediſſet in ſolennitatibus eam eſſe, non dixiſſet propter vtilitatẽ, eam ex ſcriptura præſumi, ſed ipſo iure: quia nimirum cùm ſcriptũ eſt promiſiſſe aliquem, omnia præſumuntur ſolenniter acta. Adnotandum autẽ hic eſt, principis eſſe, magnas iuris ambiguitates diſſoluere: Item lites, quò ad eius fieri poteſt, & quidem celeriter, dirimere. Ait Imper. NISI IS QVI TALIBVS VTITVR IMPROBIS ALLEGATIONIBVS, MANIFESTISSIMIS PROBATIONIBVS VEL PER SCRIPTVRAM, VEL PER TESTES IDONEOS APPROBAVERIT, TOTO EO DIE QVO CONFICIEBATVR INSTRVMENTVM, SESE VEL ADVERSARIVM SVVM IN ALIIS LOCIS ESSE. Ideo autem auditur probatio contra inſtrumentum, quia licet magnus ſit fauor rerum publicæ tractatarum, tamen multò maior eſt fauor veritatis, quæ omnia debet ſuperare [n]. Nec debet quo-

n l. illicitas ff. de off. præſi.

ſe non adfuiſſe. Sed ſi ab vna parte profertur inſtrumentum ſtipulationis, quo commemoretur præſentia vtriuſq; partis, ab altera producantur vel teſtes duo vel inſtrumentum, quo ſignificetur, illum alibi tunc temporis fuiſſe, nonne ęqualia ſunt vtriuſque partis momenta? quomodo igitur dicimus, alterum ab altero ſuperari? Vulgò putatum eſt, plura quædam à poſterioris parte requiri, ad expugnandum anterius inſtrumentum: quod non eſt verum. Nam hoc ipſum, quòd paria ſunt, vtrinque pondera, facit, vt tota res cadat[p]. Et hoc eſt quod dicit alibi Vlpianus τὸ ἰσάζον corrumpere ſtipulationem & ſolutionem ſimul[p]. Nota hic vocari improbum, quod prima facie iniquũ apparet, ob id quòd publico inſtrumento contrà dicatur, quemadmodum & alibi[q]. Ait Imp. POST MORTEM SVAM DARI SIBI NEMO STIPVLARI POTERAT, NON MAGIS QVAM POST MORTEM EIVS, A QVO STIPVLABATVR. Ratio erat, quia huiuſmodi ſtipulatio cõcipitur in illud tẽpus, quo quis non eſt futurus, quod eſſe non poteſt, cùm ſine perſona nulla ſit obligatio[r]. Neç eſt quod

o l.3. de re. dub.

p l. cùm enim ff. de ſtip. ſer.

q l. generaliter. C. de non nu. pec.

r l. vſus fr. ff. de ſtip. ſeru.

quod obijciatur de hęrede, quoniam ab hærede nihil poterat olim incipere: vtpote quia hæreditas eſt ſucceſsio in illud ius, quod defunctus habuit: & iſtud quod hoc modo ſtipulatur quis, neque reuera habuit, neque habere vnquam potuit. Dico auté expreſsim nō potuit: quia ſi potuerit, aliud eſt, vt in ſtipulatione in diem vel ſub conditione, quę licet ſæpe poſt mortem demum exiſtat, tamen ita concepta eſt, vt priùs exiſtere potuerit. Ait Imp. AC NEC IS, QVI IN ALICVIVS POTESTATE EST, POST MORTEM EIVS STIPVLARI POTERAT: Vt, promittis mihi decem poſt patris mei mortem? Rationem dubitandi faciebat; quia non ſtipulatur alij, ſed ſibi, nec vult ab hęrede quicquam incipere, ſed à ſeipſo: decidēdi adfert Imp: QVIA PATRIS VEL DOMINI VOCE LOQVI VIDETVR, haud aliter atq; ſi ipſum patrem, poſt mortem ſuam ſibi dari ſtipulantem fingas: nam accipit ab eo ius ſtipulandi filius. Nec valet in contrarium, quod rem ſuam [f] in eum caſum quis rectè ſtipulatur, quo ſua nō ſit: hoc enim facti eſt, vt ſuo loco diximus: ſed filij ſtipulatio non poteſt intelligi, niſi ſimul

[f] l. ſi rem meā. ff. de verb. obl.

ſimul etiam intelligatur & patris, à quo ius habet. Ait Imp. SED ET SI QVIS ITA STIPVLARETVR PRIDIE QVAM MORIAR, VEL PRIDIE QVAM MORIERIS, DARE SPONDES? INVTILIS ERAT STIPVLATIO. Cauſſa qua mouerentur veteres, erat, Quia quod parum abeſt, non cenſetur abeſſe: conſueuerunque ob eam rem magiſtratus pridie Calendas Ianuarij. ℞ nec ius dicere, nec ſui poteſtatem facere, quaſi iam tũ ſuo munere defuncti, quod nota. Nam ſi verborum ſcrupuloſitatem & anguſtias attendas, longè quidẽ aliud eſt, cùm moriar, ſtipulari: quàm pridie quàm moriar. Verùm de illo videbim⁹ aliquãtò latiùs paulò pòſt. Ait Imp. SED CVM, VT IAM DICTVM EST, EX CONSENSV CONTRAHENTIVM STIPVLATIONES VALEANT, PLACVIT NOBIS ETIAM IN HVNC IVRIS ARTICVLVM NECESSARIAM INDVCERE EMENDATIONEM, VT SIVE POST MORTEM, SIVE PRIDIE QVAM MORIATVR STIPVLATOR SIVE PROMISSOR, STIPVLATIO CONCEPTA SIT STIPVLATIO VALEAT. Si enim religionem verbo-

cl. pridie. ff. de fer.

verborum ſequare, inuenies, eum qui poſt mortem vel pridie quàm mors continget, ſtipulatur, hoc agere, vt ab hęrede vel contra hæredem incipiat ſtipulatio: eum verò, qui cùm morietur, vt à ſe. Et ideo ſecundum ius vetus, in quo verborum rigor ſpectabatur, non poterat non fieri, vt priores duæ conceptiones inutiles eſſent: poſterior tantùm vtilis. Sed quoniam hodie ſic eſt receptum, vt etiam in ſtipulationibus magis mens ſpectetur, quàm verborum ſcrupuloſitas: item quia in iſtis tribus omnibus conceptionibus ſi exactè rem perpendas, idem quodammodo reuera vertitur, videlicet vt ex obligatione cum defuncto contracta, vel hęres agat, vel cum hærede agatur, meritò definitum eſt, huiuſmodi hodie ſtipulationes & valere & conſiſtere: idque ipſum eſt quod dicit hoc loci Imperator. Quanquam tamē & alia nō minùs expedita eſt ratio ex eo, quòd hodie actiones & ab hære-

vl.j.C. vt act. ab hęred. & cōt. hæred. de & cōtra hæredes, tanquā defunctū repręſentātes, incipere possint. Ait Imp.

ITEM SI QVIS ITA STIPVLATVS ERAT, SI NAVIS EX ASIA VENERIT, HODIE DARE SPONDES? INVTILIS

VTILIS ERIT STIPVLATIO: Rationem reddit Impe. QVIA PRAEPOSTERE CONCEPTA EST. Quod quidem efficit, vt inexplicabilis ſit, & ſuis viribus cadés. Quid enim eſt ſi dicã? Hodie ędificabo tibi inſulam, ſi Titius poſt annum conſul factus fuerit. Eſt ſanè vna & eadem ſtipulatio pura pariter & conditionalis, præſens & in diem, quod certè rerum natura non patitur. Planè hoc modo etiam ſecundum vetera iura aptè conſtituitur obligatio: Si Titius conſul factus fuerit, tunc ex hoc die in annos ſingulos dena dare ſpondes? Nam & in vſuris ſic conuenitur, vt ad diem non ſoluta pecunia, quod competit vſurarum nomine, ex die interpoſitę ſtipulationis præſtetur [a]. Ait Impera. SED CVM LEO INCLYTAE RECORDATIONIS IN DOTIBVS EANDEM STIPVLATIONEM: QVAE PRAEPOSTERA NVNCVPATVR, NON ESSE REIICIENDAM EXISTIMAVERIT, propter ſcilicet fauorem dotis & matrimonij, NOBIS PLACVIT ET HVIC PERFECTVM ROBVR ACCOMMODARE, VT NON SOLVM IN DOTIBVS, SED ETIAM IN OMNIBVS VA-

a l. lecta ff. ſi cert.

LEAT HVIVSMODI CONCEPTIO STIPVLATIONIS. Quaſi nimirum reiectis verborũ anguſtijs, cogitatio, quæ potiſsimum adſpicitur, ſit: vt ſiquidem conditio poſtea exſtiterit, tunc à die ſtipulatiõis interpoſitę, prę̃ſtetur id quod venit in promiſsionem, ſecũdum quod iam diximus.

SECVNDA PARS TITVLI, IN QVA EA QVAE HACTENVS tractata ſunt, nonnihil explicantur.

AIt Imp, ITA AVTEM CONCEPTA STIPVLATIO, VELVTI SI TITIVS DICAT, CVM MORIAR, DARE SPONDES? VEL CVM MORIERIS ET APVD VETERES VTILIS ERAT, ET NVNC VALET. Cur autem hodie ſit vtilis, nulla eſt ſecundum ea, quæ antè ſunt expoſita, dubitatio. Cæterùm apud veteres cur valuerit, plus habet ambiguitatis, maximè cùm ne in pridianum quidem diem

diem mortis vlla ſtipulatio concipi poſſes. Probabilius autem eſt, illis verbis: CVM MORIERIS, non ſignificari nec momentum ſeparationis animi à corpore, nec tempus quoque illud, quod proximum morti eſt, quoq; cùm vix à morte diſtat, nihil diximus intelligi diſtare, quemadmodũ nec pridianus dies[a]: Sed id reuera tẽpus potiùs, quod illud tẽpus antecedit: quaſi dicas, te ſub finem vitę dare promittere, ita vt in te aliquando conſtitiſſe obligationem percipi poſſit, haud aliter atque ſi Magiſtratus, in illud tempus quid reijciat, quo deceſſurus eſt magiſtratu, quo vocabulo nõ accipimus nec ipſum momentum depoſitionis, nec diem pridianũ, ſed illud omne ſupra tempus, quo vulgò dicitur, in eo iam eſſe ſtatu, vt non multo poſt depoſiturus ſit officium. Nec commouet verò, ꝙ in Magiſtratibus ſcim⁹ quodnã ſit illud tẽpus, in morte verò nõ aliter niſi, ex poſtfacto: quoniã in his reb⁹ rẽ ipſam oportet intueri, nõ noſtrã inſcitiã, quẽadmodũ nec in ijs q̃ ſub ea cõditione, Si rex Parthorũ viuit, ſtipulãtur: vel quę, ſi Titi⁹ poſt annũ cõſul fact⁹ fuerit, ex die, ſtipulatiõis deberi, interrogãtur,

a. de fer. ff. ptidie

Sic enim ſępe fit, vt poſterior ſolutio de claret, vtrùm ea quę priùs ſoluta ſunt, de bita data ſint, an indebita [b]. Planè id quod in facto eſt, in mortis tempus cóferri non poteſt: veluti, cum morieris, Alexandriam venire ſpondes? & ratio diuerſitatis eſt, quia fruſtra promittitur id fieri, quod quia quando præſtari debeat, ignoratur, nunquam ſpes eſt vt pręſtetur, quod quidem haud, paulò ſecùs eſt in ſtipulatione dandi, propter ius quod in ea continetur. Ait Impera. ITEM POST MORTEM ALTERIVS RECTE STIPVLAMVR. Nihil enim eſt illorũ in hac ſtipulatione, quę ſuprà in ſtipulatione poſt mortem, & pridiana recenſuimus, ſed eſt ſimilis omnibus ſtipulationibus, in diem incertũ, conceptis: Verùm hęc ad declarationem eius, quod de ſtipulatione poſt mortem ſuprà dictum eſt. Iam autem vt id, de quo ad Cæſarienſes aduocatos reſcriptum eſt, explicetur. Ait Imper. SI SCRIPTVM IN INSTRVMENTO FVERIT PROMISISSE ALIQVEM: PERINDE HABETVR, ATQVE SI IN INTERROGATIONE PRAECEDENTE RESPONSVM SIT. Eſt enim regu-

[b] l.2.ff. de ver.oblig.

regula: Verba ſimpliciter prolata, ſecun-
dum ſuam propriam ſignificationẽ eſſe c l. Labeo.
accipienda c. Verbũ enim PROMITTO, ff. de ſup-
publicum d eſt, & ſignificat ſui natura, pel. leg.
(ſecundum iuris ciuilis authores) polli- d l. ſcien-
citationem per ſtipulationem ſiue inter dũ ff. de.
rogationem & reſponſionẽ factã, haud ædilit.
aliter, atque audita mentione teſtamen- edict.
ti, ſtatim ſubaudimus tacitè obſeruatio-
nes & ſolennitates à iure pręſcriptas. Et
hoc eſt, quod dicit Seneca in epiſtolis,
Promitto tibi & ſeruabo, quia nolo pro
dere verbum publicum, Sed nónne re-
fert Vlpianus, verbum PROMISSVM,
referri poſſe, vel ad nudam promiſsionẽ
ſiue pollicitationem, vel ad ſponſionem e d. l. ſciẽ-
e? Sanè, Sed hoc ita ſi res ſubiecta ſic exi dum.
gat: Quid enim ſi de emptione ac vendi
tione ſerui tractetur: ſi de illo agatur, v-
bi indifferenter fungitur verbum dicen
di, promittendi, ſpondendi, pollicendi.
Verùm hoc in caſu loquimur ſimplici- f l. vbi ff. de
ter, quemadmodum & in verbo dandi, ver. oblig.
cùm dare dicimus tranſlationem domi- g l. datio.
nij continere f, quanquam in nonnullis ff. de act.
locis & pro traditione vel pręſtatione ca empt.
piatur g, Iá verò, quod ex eo ꝙ ſcriptum
eſt, vẽdidiſſe rẽ pupillũ, nó pręſumitur

accesſiſſe cõſenſus tutoris [h], nihil ad hũc locũ pertinet: Nã vẽditionis nomine nõ cõtinetur authoritas tutoris. Illud tãtũ hic tractatur, vocabula in dubio propriè ſecundum veram ſignificationem eſſe accipienda, quod quidem nihil admodum pertinet ad diſputationẽ ſolẽnitatis præſumendę, vel non præſumẽdę. Ait Imp. QVOTIES PLVRES RES VNA STIPVLATIONE COMPRAEHENDVNTVR: SI QVIDEM PROMISSOR SIMPLICITER RESPONDEAT, DARE SPONDEO: PROPTER OMNES TENETVR. Quemadmodum enim genus quod ſimplex eſt., omnes ſuas ſpecies complectitur i, ita etiam generalis reſponſio quæ ſimplex eſt, diffunditur ad omnia, quæ in interrogationem ſunt deducta, vt & in pluribus perſonis ſuprà probauimus. Qua ratione fit, vt & ea in ſtipulationibus repetita cenſeantur, quę in præfationibus conueniſſe concipiuntur [k]. Ait Imparator. SI VERO VNAM EX HIS, VEL QVASDAM DATVRVM SE SPOPONDERIT: OBLIGATIO IN HIS, PRO QVIBVS SPOPONDERIT CONTRAHITVR. Cùm enim tot ſint ſtipulationes, quot ſunt res [l], pluribus rebus ſeiunctim (nã aliud eſt,

h. vid. no. in l. ſcientem. ff. de verb. obl.

i l. Meuius ff. de leg. 2.

k l. Titia ff. de verb. obl.

l l. ſcire. ff. de verb. oblig.

eſt,ſi plures ſeruos chorum vnum conſtituentes,interroges,)vna ſtipulatione cõprehenſis,& vno vel aliquot tãtum promiſsis,facilè intelligitur, eas tantum ſtipulationes,ad quas reſponſum eſt, conſiſtere:eas verò ad quas nihil eſt reſponſum,cadere, nec debere vitiari eas quæ vtiles ſunt,per alias que inutiles. Et hoc eſt quod dicit Impera. EX PLVRIBVS ENIM STIPVLATIONIBVS VNA, VEL QVAEDAM VIDENTVR ESSE PERFECTAE. SINGVLAS ENIM RES STIPVLARI, ET AD SINGVLAS RESPONDERE DEBEMVS. Vel ſingulatim ſcilicet, vel in genere, vt iam eſt expoſitum. Et ſanè,ſi vna eſſet omnium ſtipulatio,non poſſet videri rectè promittere qui de decem non connexis, interrogatus de quinque reſponderet: quemadmodum ſi quis Stichum aut Pamphilum rogatus, ſolum Stichum ſine alternatione ſpondeat. Ait Imperator. ALTERI STIPVLARI, VT SVPRA DICTVM EST, NEMO POTEST. Rationem ſubiungit Imp. INVENTAE ENIM SVNT HVIVSMODI STIPVLATIONES VEL OBLIGATIONES AD HOC,VT VNVSQVISQVE ACQVIRAT SIBI QVOD SVA INTEREST. CAETERVM SI ALII DETVR, NIHIL

INTEREST STIPVLATONIS. Ait Impera. PLANE SI QVIS VELIT HOC FACERE, POENAM STIPVLARI CONVENIET: VT NISI ITA FACTVM SIT, VT EST COMPRAEHENSVM, COMMITTATVR POENAE STIPVLATIO, ETIAM EI CVIVS NIHIL INTEREST. Verùm enim eſt,cùm ita dico,Si fundum Tuſculanum Titio non dederis, centum dare ſpondes?ſola centum in ſtipulatione eſſe & proinde non tam alteri quem intelligi ſtipulari,quàm ſibi ipſi quod eſt certiſsimum m,Nec turbat verò, quòd illa ſtipulatio, Si hæredem me non feceris, centum dare ſpődes?penitus inutilis eſt n;quoniam conditio illa eſt contrà bonos mores o,inficit totam ſtipulationẽ, non aliter atque ea, quę eſt impoſsibilis:hæc verò de qua in propoſito,vt quęlibet cőditio extrinſeca reputatur, quæ videlicet extra poteſtatem ſit alterius cőtrahentium, non verò quę impoſsibilis ſit,aut turpis. Nam quod videtur eſſe contra leges,falſum eſt ;Non eſt contrà, ſed præter legem,nő prohibentem quidem alteri ſtipulari,ſed declarantem ſecundum naturá fieri non poſſe, vt quis alteri

m l.oblig. ferè in fi ff. de act.

n.vid.no. in l ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. obli.

o l.pactũ. C. de pact. conuent.

alteri ſtipuletur: quod longè profectò diuerſiſsimum eſt ab eo, quod tanquam turpe legibus prohibetur, vel per rerum naturam eſt impoſsibile, quod quidē diligenter attende. Et quod iterum in dubium vocatur, non poſſe fieri, vt in mora promiſſor conſtituatur, & ſic ad pœnam teneatur, nihil eſt: Conſtituitur enim in mora per litis conteſtationem, quemadmodū & ſi ei, quod nudo pacto promiſſum eſt, pœna per ſtipulationem ſit iniecta: per hoc enim quòd ei lis mouetur, p.l, nuda. C, de contrah. & cō mit. ſtip. conſtituitur in p mora. Item ſi Titius & Seius ſeparatim ita ſtipulati eſſent, Fundum illum, ſi illi non dederis, mihi dare ſpondes? finem dandi alteri fore reſpondet Pomponius, quo ad iudicium accipiatur, & ideo occupantis meliorem fieri conditionem q. Quanquam credam in q.l. ſi Titius. ff. de verb. obli. hoc argumento non aliter agi debere, quàm ſi tantum temporis effluerit, quā tum ſatis ſit ad pecuniam alteri dandam licet amicabilis quædam admonitio extra iudicium præceſſerit. Ait Imperator. ETIAM EI, CVIVS NIHIL INTEREST. Rationem reddit ipſe Impera. POENAM ENIM CVM STIPVLATVR QVIS, NON ILLVD INSPICITVR,

QVOD INTERSIT EIVS, SED QVAE SIT QVANTITAS IN CONDITIONE STIPVLATIONIS. Licet enim pœna, propter id quod intereſt, primùm fuerit inuenta [r], tamen ipſa pœna per ſe inſpecta, lõgè alia eſt ab eo quod intereſt. Pœna ſui natura non eſt aliud, quã coercitio debitoris, nullo habito reſpectu ad damnũ emergens, vel lucrũ ceſſans creditoris, Id quod intereſt, nõ eſt vlla coercitio debitoris, ſed reſarcitio vel dãni creditoris, vel lucri ceſſantis [ſ]. Qm̃ igitur aliud pœna eſt, aliud id quod intereſt, rectè dicimus in ſtipulatione pœnæ, non ſpectari, vtrũ interſit, nec ne. Etenim in iјs caſibus, in quibus regulariter & iure certum eſt, pœnam propter id quod intereſt ſtipulationibus inſeri, ſi nihil penitus intereſt, ſolet remitti pœna, vt in iudicio t ſiſti. Nam quòd fideiuſſore ꝓmittente, ſi a reo petatur v, non committitur pœna niſi fideiuſſoris interſit, nihil pertinet ad propoſitum, quoniam alioqui non fit contra conditionem cõpromiſſi. Et præterea, quòd is qui pactũ ſtipulatus eſt, ſub hac conditione, ſi ſeruus ab Italia non abſit, nihil aſſequitur niſi interſit, nihil mirũ eſt, quoniam alioqui

r. §. vlt. ſuprà de ve. oblig.

ſ l. vnic. C. de eo ꝙ intereſt.

t l. 2. ff. ſi quis in ius voc. nõ ie.

v l. aduerſus. ff. de arbit.

eſt turpis conditio, quæ inutilem facit ſtipulationem a. Illa verba, QVAE SIT QVANTITAS IN CONDITIONE STIPVLATIONIS, vel poſſunt ad expreſſam pœnæ ſummã referri, vt ſcilicet dicatur eã tantum reſpici, non verò id quod intereſt, ꝙ puto probabilius: vel ad id, ſuper quo pœna interponitur, vt ſcilicet pœna, cum eo quod in conditiõe eſt, aliquo modo ſecundum proportionem conueniat, qnemadmodum id quod intereſt b. Quid enim ſi mihi mille talenta ſtipuler, ſi Titio foſſam nõ foderis? certè abſurdũ eſt: oportet enim, & rei principalis, & pœnæ quandã eſſe proportionẽ & cõuenientiã, q̃ cum iure non ſit definita, æquum eſt, vt ſubinde ſecundũ modum eius quod intereſt, ſubinde ſecundũ modum pœnarũ in delictis regatur. Ait Imp. ERGO SI QVIS ITA STIPVLETVR, TITIO DARI: NIHIL AGIT. Non enim poteſt alteri quis ſtipulari. SED SI ADIECERIT POENAM, NISI DEDERIS, TOT AVREOS DARE SPONDES? TVNC COMMITTITVR STIPVLATIO, NAM ideo valet, quia pœna eſt principaliter in ſtipulatione, alteri dari in cõditiõe. Ait Imp. SED ET SI QVIS

a. l. ſeruus. ff. de ſeruis expor.

b. l. vnic. C. de eo ꝙ inrete &c.

QVIS STIPVLETVR ALII, CVM EIVS INTERESSET, STIPVLATIONEM VALERE. Ceſſat enim ſupraſcripta ratio. Ait Imper. NAM SI IS QVI PVPILLI TVTELAM ADMINISTRARE COEPERAT, CESSERIT ADMINISTRATIONEM CONTVTORI SVO, ET STIPVLETVR REM PVPVLLI SALVAM FORE, QVONIAM INTEREST STIPVATORIS FIERI, QVOD STIPVLATVS EST (CVM OBLIGATVS FVTVRVS SIT PVPILLO SI MALE RES GESSERIT) TENET OBLIGATIO: hoc ipſo enim quòd ſemel ab illo res cœpta eſt, debet illiꝰ porrò periculo peragi: quéadmodum & in mandatario receptum eſt, qui rem non integram, ſine fraude deferre nō poteſt: Ait Imp ERGO ET SI QVIS PROCVRATORI SVO DARI STIPVLATVS SIT, STIPVLATIO VIRES HABEBIT: Licet enim primitus & directò nihil ei applicetur, tamen τῇ δυνάμει & per conſequentiam qui procuratori ſuo ſtipulatur, ſibi ipſi ſtipulatur propter ſcilicet actionem mandati, quam acquirit aduerſus eum [a], Ait Imp. ET SI CREDITORI SVO QVIS STIPVLATVS SIT, QVOD

a. arg l. ad aduerſus. ff. de obl.

QVOD SVA INTEREST, NE FORTE VEL POENA COMMITTATVR, VEL PRAEDIA DISTRAHANTVR, QVAE PIGNORI DATA ERANT, VALET STIPVLATIO. Cùm enim his caſibus periculum ſit in mora, euidens eſt vtilitas ſtipulationis. Sed ſi non eſt vrgens debitũ, manifeſtum eſt, non ita magni mea intereſſe, vtrùm creditori meo ſoluas nec ne, quippe cùm ipſe tibi iterum incipiam eſſe debitor, & nihil aliud quàm verſuram faciam. Sed quia tamen is qui creditori ſuo ſtipulatur, non præſumitur id ſine vrgente aliqua cauſa facere: quis enim nouit quid fortè (ſic enim accipio verbum FORTE in contextu) ſubſit? generaliter receptum eſt, videri ſtipulatoris intereſſe, quoties quis creditori ſuo ſtipulatur. Ait Imperator. VERSA VICE, QVI ALIVM FACTVRVM PROMISIT, VIDETVR IN EA ESSE CAVSA, VT NON TENEATVR, NISI POENAM IPSE PROMISERIT. Antitheſis partim eſt in eo, quòd ſuprà dictum eſt, de ſtipulatione alteri facta: hîc de ea dicatur, qua promittitur, alium daturum facturumúe, Item in eo quoq;, quòd ſuperiùs tractatum eſt de dando, hîc de-

hîc de faciendo. Tertiò verò in hoc etiã, quòd ſuprà dictũ eſt de ſtipulatore, hîc de ꝓmiſſore. Quartò tandẽ in illo, quòd cũ facilè poſsit in ſuperioribus cõtingere, vt mea interſit, à te, tertio dari: in hoc caſu non ita facilè accidat, vt mea interſit, à tertio tibi aliquid fieri: Atque hac quidem re (quia leges nõ conſtituuntur ex ijs quæ perrarò accidunt) fit quoq;, vt nulla facta mentione eius quod intereſt, dicat Imp. nõ obligari eum, qui aliũ facturum ſpopondit, NISI POENAM IPSE PROMISERIT: Tunc enim quia ludere non videtur, intelligitꝰ recipere ſe ꝓcuraturũ, vt tertiꝰ faciat: cui & hoc adiunge, quòd in huiuſmodi ſtipulatione pœna dicitur principaliter in ſtipulatione verſari, alteri verò dari in cõditione tantùm, ſecundum quod ſupradictũ eſt, Ait Imperator. ITEM NEMO REM SVAM FVTVRAM, IN EVM CASVM QVO SVA SIT, VTILITER STIPVLATVR. Veluti ſi quis ancillæ ſuæ partum ſibi dari ſtipuletur, in eum caſum, quo in lucem editus erit. Quanquam enim rem non ſuam prima facie ſtipuletur: tamẽ quia conditio reijcitur in illud tempus quo ſua erit, rectè dicitur,

tur, nihil valere quod agitur. Nam quæ ratio facit, vt quis rem ſuam in eum caſum ſtipuletur, quo ſua non eſt: eadem in contrarium acta prohibet, vt ne quis rem non ſuam interroget, in eum caſum quo ſua erit. Quòd autem [b] legatum ſub conditione relictum, rectè promittitur legatario in caſum exiſtentis conditionis: partim manſit ex reliquiis naturę priſtinę legatorum, quę non ſolent ſtatim transferri. & ſic licito iure ex pluribus cauſis deberi poterant [c]: partim verò eſt ex eo, quòd etſi vendicationem legati habeat legatarius, tamen aliquid adhuc deeſſe videatur pleno perfectoq; dominio: quemadmodũ & in dote mulieris, quæ licet in bonis eius ſit [d], tamen ei rectè legari [e] poteſt, idq́; ita, quoniam bonum eſt plures actiones habere. Verbum FVTVRAM ſic accipe, vt ſi qs rẽ aliquã nec re nec ſpe ſuam, in aliquẽ caſum ſtipuletur, & ea res caſu eius fiat ante conditionis euentum, vt inquam nihilominùs valeat ſtipulatio. Illa verba IN EVM CASVM QVO SVA SIT ſic interpretare, vt ſi quis rem ſub conditione aliqua legatam, ſub alia ſtipuletur valeat quod agit: quia ſcilicet conditio

ſtipu-

b. l. j. §. ſi ſub conditione. ff. vt leg. vel ſi. no ca.

c. vid. l. 3. § ex plurib. ff. de acq. poſſeſſ.

d. l. quemnis. ff. de iurdot.

e §. ſed ſi. Inſt. de le.

VELVTI SI HOMINEM STICHVM A TE STIPVLATVS QVIS FVERIT TV DE PAMPHILO SENSERIS, QVEM STICHVM VOCARI CREDIDERIS. Eſt enim diſſenſio circa ipſum corpus, quæ efficit, vt nihil cenſeatur actum: aliter verò, ſi in nomine tantùm erretur, & conueniat de corpore i. Nam nec illud quidem rem nullam facit, quod alter melius aurũ putat eſſe, quod ſtipulatur, quàm eſt k Quãquàm ſi de corpore quidem conueniat, ſed in materia erretur, aliter in emptione ac venditione probatum eſt, aliter in ſtipulatione. Nam ſi plumbum pro auro veneat, nulla eſt emptio ac venditio l, quia non intercesſit plenus conſenſus, quem quidem conſenſum ſpectamus in bonæ fidei obligationibus ex conſenſu contractis. Cæterùm in ijs quæ re contrahuntur, & item in ſtipulationibus hoc obſeruatur, vt ſufficiat cõſenſus circa corpus, licet circa materiam erretur, idq́; propterea, quòd verborũ conceptio ſtricta ſit, & pariter traditio, vt quæ facti eſt, ſic vt ſatis ſit circa corpus conuenire contrahentes, ad hoc vt conſtet obligatio m: Planè ſi menſam inauratam pro ſolido auro emam, ideo

i. l. ſi. in nomine. ff. de verb. oblig.

k. l. aliter ff. de contra. empt.

l. l. in vend. ff. de contrah. emp.

m. vid. no. in. d. l. in vend. l. j. ff de pi. act.

conſtat etiam in emptione ac venditi-one obligatio quia id quod inaura-tum eſt, vtique aurum eſt ſecundum Phyſicos, quod quidem ſecùs eſt in his quæ aureis laminis tecta ſunt [n]. Quæret aliquis, quomodo conſtare poſsit, me de Pamphilo ſenſiſſe, quem Stichum voca-ri putarem? planè ita poterit conſtare, ſi promiſſor probet ſe illum aliàs ſemper pro Sticho nomine habuiſſe, & deindè accedant alia quædam argumenta, qui-bus manifeſtetur, de illo potiùs, quem Stichum vocari falſò putabat, eum ſen-ſiſſe, quàm de alio, qui reuera Stichus vo caretur. Ait Imperator. QVOD TVRPI EX CAVSA PROMISSVM EST: VE-LVTI SI QVIS HOMICIDIVM, VEL SACRILEGIVM SE FACTVRVM PRO MITTAT, NON VALET. Quemad-modum enim nec impoſsibilium, ita quoque nec turpium, quæ pro impoſsi-bilibus ciuiliter habentur, vlla conſtat ipſo iure obligatio. Nec aduerſatur verò quod apud Paulum [o] relatum eſt, exce-ptione tantùm non ipſo iure remoueri eum, cui ex turpi cauſa promiſſum eſt: pertinet enim reſponſum illud, non ad ea quæ ſimpliciter turpia ſunt, de qui-

bus

n. vid. l. qd tamen. ff. de contra. empt.

o. l. penul. ff. de condict. ob. turp. cauſ.

bus hîc agitur, ſed quæ à parte promittentis, non ſtipulantis turpitudinem habent, veluti, ſi lenoni pro re inhoneſta pecuniam promittas: Conſiſtit enim ideo ſtipulatio, quia licet turpiter faciat quòd leno ſit p, tamen non turpiter ſtipulatur, cùm ſit leno: & ideo naſcitur quidem illi ipſo iure actio, ſed ea propter rei ipſius turpitudinem, quæ in iure verſari non poteſt, nec à quoquam pro ſe allegari q, repellitur exceptione. Exemplorum hîc propoſitorum, alterũ ad homines pertinet, alterum ad Deum. Ait Imperator. CVM QVIS SVB ALIQVA CONDITIONE STIPVLATVS FVERIT: LICET ANTE CONDITIONEM DECESSERIT, POSTEA EXISTENTE CONDITIONE HAERES EIVS AGERE POTEST. IDEM EST EX PROMISSORIS PARTE. Quæſtionem videbatur facere Veteribus, quòd actio ab hærede vel contra hæredem incipere non poterat r. Sed quoniam ab initio res ita concipitur, vt ſpes ſit propediem vel ipſo ſtipulatore promiſſoreúe viuẽte, debitũ iri, ita vt quo ad eã ſpẽ perfectè conſtituta ſit obligatio: verius eſt, eã ſpẽ, & ad hære-

p. l. idem. ff. de cõdi. ob. turp. cauſ.

q. l. mercalem. C. de condi. ob. turp. cauſ.

r. l. j. C. vt act. ab hæ.

dem, & contra hæredem tranſire poſſe. Nec mouet quòd ſpes legati ſub conditione relicti, ad hæredem non tranſmittitur ſ, quoniam vt alias diximus, legatum cùm ſit donatio t, facti eſt, & finitur cum perſona, quemadmodum ea omnia quæ in facto conſiſtunt: ſed ſtipulatio ius continet, & transfunditur in hæredẽ quia hæreditas eſt ſucceſsio in vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis habuit. Ait Imperat. QVI HOC ANNO, AVT HOC MENSE DARI STIPVLATVS EST: NISI OMNIBVS PARTIBVS ANNI, VEL MENSIS PRAETERITIS, NON RECTE PETET. Non enim conſtat priùs de mora, id eſt, eo menſe aut anno ſolutum non eſſe: & eſt regula, Vbi nulla mora, ibi nulla petitio. Planè ſi quis dicat v hodie dare ſpondes? non videtur dies differendæ actionis cauſa inſeri, ſed quò præſens oſtendatur eſſe reſponſum, & ideo vel eodem die, pecunia peti poteſt, nec videtur præmaturiùs agi non finito ſtipulationis die, quod quidem in alijs temporibus iuris eſt: nam peti non debet, quod intra tempus compræhenſum ſolui poteſt. Prætereà in lega-

ſ. l. vnic. G, de cad. toll.

t. §. j. Inſt, de leg.

v. l. liber homo. ff. de ve. ob.

in legatis annuis, vel ſingulis annis vel in ſingulos annos præſtandis, (nihil enim [a] intereſt) ideo principio cuiuſque anni cedit dies, & competit petitio legati [b], quoniam legatum annuum, eſt facti, & non tranſmittitur ad hæredem, & ideo niſi cederet, in principio cuiuſque anni, poſſet fieri, vt ſi fortè quid humanum contingeret legatario, ante anni exitum, etiam pridie, vt inquam nullum eius anni fructum ſentiret, quod quidem eſſet contra manifeſtam teſtatoris voluntatem, quæ pleniùs interpretari debet. Nam cùm non rectè dici poſsit, pro rata temporis diuidendum eſſe legatum annuum, quod vnum eſt reſpectu cuiuſque anni, meritò ſic effectum & comparatum eſt, propter abſurdum, quod dico, vitandum & fauorem ampliandum, vt in principio cuiuſque anni cedat & exigi poſsit, quod quidem diligenter eſt adnotandum. Ait Imperator. SI FVNDVM DARI STIPVLERIS VEL HOMINEM: NON POTERIS CONTINVO AGERE, NISI TANTVM SPATIVM PRAETERIERIT, QVO TRADITIO FIERI POSSIT. Hoc enim ſpatium per ſe ineſt,

a. l. lecta. ff ſi cert. pet. in ver. menſtruas.

b. l. j. C. quando. di. leg. ced. l. nec ſemel ff. illo tit.

tum naturaliter, puta ſi abeſt fortè ſeruus: tum ciuiliter, quia nihil præcipitanter, ſed cum certo aliquo tractu & modo temporis eſt faciendum, pendetque tota hæc res, ex boni viri ſiue iudicis arbitrio

c.l. quod dicimus. ff. de ſolu. l. cõtinu᷑. §. cum ita. ff. de verb. obl. l. ra. ũ. ff. rẽ ra. ha.

IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSVLTI AD IVSTINIANVM DE OBLIGATIONIBVS ΠΕΙΘΑΝΩΝ

Liber Quartus.

De fideiuſſoribus.

PRo eo qui promittit, ſolent alij obligari, q fideiuſſores appellantur: quos homines accipere ſolent, dũ curant, vt diligentius ſibi cautum ſit. In omnibus autẽ obligationibus adſumi poſſunt: id eſt, ſiue re, ſiue verbis ſiue, literis, ſiue conſenſu contractæ fuerint. At nec illud quidem intereſt, vtrũ ciuilis, an naturalis ſit obligatio, cui adijcitur fideiuſſor, adeò quidem, vt pro ſeruo quoque obligetur, ſiue extraneus ſit, qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat, ſiue ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debe-

debetur. Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredem relinquit obligatum. Fideiuſſor & præcedere obligationem, & ſequi poteſt. Si plures ſint fideiuſſores: quotquot erunt numero, ſinguli inſolidum tenentur. Itaque liberũ eſt creditori, à quo velit ſolidum petere. Sed ex epiſtola diui Hadriani compellitur creditor à ſingulis, qui modò ſoluendo ſunt litis conteſtatæ tempore, partes petere. Ideoq; ſi quis ex fideiuſſoribus eo tẽpore, ſoluẽdo non ſit: hoc cæteros onerat. Sed ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſequutus fuerit: huius ſolius detrimentum erit, ſi is pro quo fideiuſſit, ſoluendo nõ ſit & ſibi imputare debet, cùm potuerit iuuari ex epiſtola diui Hadriani, & deſiderare, vt pro parte in ſe detur actio. Fideiuſſores ita obligari non poſſunt vt plus debeant, quã debetis, pro quo obligantur. Nam

eorum

eorum obligatio, acceſsio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſsione poteſt eſſe, quam in principali re. At ex diuerſo, vt minus debeant, obligari poſſunt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit: fideiuſſor in quinque rectè obligatur: contrà verò obligari non poteſt. Item ſi ille purè promiſerit, fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt: contra verò non poteſt. Non ſolum autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt poſt tempus dare. Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit: eius recuperandi cauſa, habet cum eo mandati iudicium. Græcè etiam fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγὼ ſed & dixerit, θέλω ſiue βούλεμαι ſed & φημί: pro eo erit, ac ſi dixerit, λέγω. In ſtipulationibus fideiuſſorem ſciendum eſt

hoc generaliter accipi: vt quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum. Ideoque conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe: videri omnia ſolenniter acta.

TITVLVS.

VERBA legum duodecim tabularum, quæ quidem ad fideiuſſores pertinent, ſunt hæc: ASSIDVO VINDEX ASSIDVVS ESTO, PROLEGATARIO CIVI, QVILIBET VOLENS VINDEX ESTO. Ex his demonſtrantur, interceſsiones, apud veteres, ad iudicia magis, quam ad priuatas ſponſiones & expromiſsiones pertinuiſſe, dictoſque fideiuſſores vindices, quaſi aſſertores eſſent ſtatus, libertatis, fidei & iuris eius, cum quo ageretur. Atque huic etiam rationi conſequēter factum eſt, cur mulieribus interceſſio fuerit prohibita [a], & non aliter quæque fiat communiter fideiuſsio [b], quam per ſtipulationem, de qua quidem ſtipulatione, quomodo principaliter contrahatur,

a l. 2. de re. Iur.
b infra eodē. §. pen.

hatur, hactenus tractatum eſt, ſed nunc ordinarium eſt, vt, quomodo acceſſoriè conſtitui poſsit in fideiuſsoribus dicatur. Et eſt quidem, primo videndum, Quibus perſonis & rebus accedat fideiuſſor: Deindè quatenus obligetur: Tertio quam nam actionem habeat, pro ijs, quę nomine fideiuſſorio exoluit: Quarto tandem, quibus verbis fiat.

QVIBVS ACCEDAT FIDEIVSSOR.

AIt Impera. PRO EO, QVI PROMITTIT, SOLENT ALII OBLIGARI, QVI FIDEIVSSORES APPELLANTVR: QVOS HOMINES ACCIPERE SOLENT, DVM CVRANT, VT DILIGENTIVS SIBI CAVTVM SIT. Nam quemadmodum vtile eſt plures habere actiones, ita quoque cautum & commodum eſt, plures habere reos debitores [a], quos in ſolidum poſsis cōuenire, ſi fortè principa

a l. ſi qs decedens. §. vlt. ff. de lib. legat.

lis debitor, vel facultatibus vel fide(vti ſępe fieri ſolet)deficiat. Verbũ SOLENT, oſtendit, ius iſtud fideiuſſorem, ex vſu natum eſſe, quod quidem & alibi licèt obſeruare [b]. Nam omne ius vel ex primaria naſcitur conſtitutione, vel ex vſu, vel ex noua aliqua neceſsitate, aut vtilitate emergente [c]. Et certè, ideo ſolet magis in promiſsionibus, id eſt, ſtipulationibus [d], interuenire fideiuſſor, quam in obligationibus ex conſenſu, vel quæ re contrahuntur: quia ſcilicet ſtipulatio actus publicus & legittimus ſit, habens ſpeciem iudiciorum, in quibus ferè ſemper vades & vindices verſari ſolent: reliqui verò omnes contractus, ſunt priuati. Cauſa autem, cur illi qui pro alijs intercedunt, vocentur fideiuſſores, eſt, quod eorum fides pro alijs interponatur: Nam in obligatione debitoris (inquit Caius) ſi aliquis fideiuſſor accedat, ille qui perſonam fideiuſſori tradit, interrogatur. Iſtum fidem tuam eſſe iubes? & ille reſpondet: fidem meam eſſe iubeo. Quanquam tamen & adpromiſſor dicatur is, qui fideiubet, licèt mandator propriè is ſit, qui ab initio mandat cum aliquo contrahe-

b l.j.ff. de donat.inter vir & vxor.

c l.j.ff.de poſt.l.j.ff. ad mace. l.pé. ff.de ll.

d l. ſciẽdũ ff. de ędil. edict.

e arg.l. nõ queádmodũ ff.de Iud.

trahere: Sponſor, qui ſe vltrò offert: Expromiſſor, qui obligationi ſerui pupilliue aut alij per ſe non ſatis efficaci accedit. De illo memini à nonnullis dubitatum, vtrùm omnino permitti debeat fideiuſsio in Republica nec ne? Nam & AElianus refert, nec mutuũ dare, nec depoſitum accipere, nec interceſsionem facere licuiſſe. Sed ego ſic exiſtimo, aut rerum diſtinctionem in vniuerſum tollendum eſſe, aut recipiendos eos contractus & commercia, ſine quibus diſtinctio conſtare non poteſt, in quibus vel præcipuum locum obtinet fideiuſsio, vt poteque quaſi vinculum ſit totius negatiationis, & eorum qui noti ſunt, cum ignotis colligatio: etſi tamen non ignorem, omnes eos contractus ſuſpectos eſſe, in quibus mutuum, ſiue fœnus verſatur, cum quibus & fideiuſsio nonnullam cognationem habere videtur. Cui & hoc accedit, quòd indignum videatur tam leuẽ habere hominũ fidẽ, vt ad fideiuſſores decurrere oporteat. Ait Imper. IN OMNIBVS AVTEM OBLIGATIONIBVS ASSVMI POSSVNT, ID EST, SIVE RE, SIVE VERBIS, SIVE LITERIS, SIVE CONSENSV CON-

TRA-

TRACTAE FVERINT. Dubitationem facit, quòd apud Veteres in ſolis iudiciis & creditis pecunijs fideiuſſores acciperentur: ſed quoniã tam crediti quàm pecuniæ nomen per omnes contractus pertinet, & in omnibus publicè intereſt, vel ſolius negotiationis gratia fidem vtrinque dari & accipi, propter vtilitaté receptum eſt, vt nullum ſit genus obligationis, cui non poſsit fideiuſſor adhiberi. Planè quòd lege lata prohibitum eſt [f], ne fideiuſſores dotium dentur, magna profectò ratione comparatum eſt. Nam ſi credendam ſeſe ipſam putarit fidei mariti mulier: quod bonum eſt, vel fideiuſſorem vel alium interceſſoré dotis exigere? an vt cauſa perfidiæ in conubio eorum generetur? Atque hac quidé cauſa factum quoque eſt, cur tum donatio inter virum & vxorem ſit prohibita [g], tum pœnæ ſtipulatio à coniuge, per cuius culpam fiat diuortium [h]: videlicet ne aut ſpe aut metu contineatur matrimonium, ſed ſolo vero ac legitimo amore. Ait Imperator. AC NEC ILLVD QVIDEM INTEREST, VTRVM CIVILIS, AN NATVRALIS SIT OB LIGATIO, CVI ADIICITVR FIDEIVS-

f l. 2. C. ne fideiuſ. dot. dét.

g l. j. ff. de. inter vir. & vx.

h l. ſi ita. ſtip. de. verb. obl.

IVSSOR: Quæſtionem mouet, quòd iure ciuili non prętorio debitum conſti tui non poteſt i, quodq́ue in duriorem cauſam videtur accipi fideiuſſor, qui (cũ principalis vel naturaliter vel ciuiliter tantùm teneatur) ipſe naturaliter pariter & ciuiliter obſtringitur. Quid dicemus? An probabimus fideiuſsionem ſui natura nihil eſſe aliud quàm acceſſoriũ principalis debiti k, & ideò licet per ſtipulationem quę naturalis ſimul & ciuilis ſit, conſtituatur, tamẽ ad hoc tantùm per ſe, poſtquam conſtituta eſt, proficere, vt ſi quidem principalis ratione contractus celebrati, naturaliter ſit obligatus, fideiuſſor quoque naturaliter tantùm teneatur: ſi verò ciuiliter, ciuiliter: ſi vtroque modo, itidem quoque vtroque modo l. Et certè hac ratione planiſſimũ eſt, nõ eſſe duriorẽ conditionẽ interceſſoris, quã ſit principalis rei, vtpote cùm iiſdẽ exceptionibus & remedijs, quibus ipſe, iuuetur m: niſi ſi fortè perſonæ cohæreant, vel ex qualitate perſonæ naſcantur: ijs enim non poteſt iuuari fideiuſſor, vt ſi fortè pro ſeruo ſe obſtringat: nã hoc eſt quod pręcipuè agitur in ſponſionibus, vt quod perſonæ vnius deeſt,

i l. j §. de bitũ. ff. de cõſt. pec.

k §. fideiuſſores infra eodem.

l arg. l. exceptiones ff. de excep. l. Stichũ. § vlt. ff. de ſolut.

m d. l. exceptiones l. tãmãdatori C. de non nu. pec. l. ſi mulier §. j. ff. ad vell.

deeſt, peralteram perſonam ſuppleatur, quę quidem res, longè extra cauſſam vel mitioris vel durioris obligationis poſita eſt. Iam verò quòd ciuile debitum, quod quidem nullo naturali vinculo ſubnixum eſt, conſtitui non poteſt, ex eo eſt, quòd conſtitutum cum ſit prætorium, ad ea tantùm natura ſui accommodetur, quæ naturalem æquitatem habeant: n fideiuſsio verò, cùm ſit ciuilis, etiam ad ea, quæ ciuili tantùm conſtant authoritate, accedere poſsit. Ait Imp.

n l.j.ff. de conſt.pec

ADEO QVIDEM, VT PRO SERVO QVOQVE OBLIGETVR: SIVE EXTRANEVS SIT, QVI FIDEIVSSOREM A SERVO ACCIPIAT: SIVE IPSE DOMINVS IN ID, QVOD SIBI NATVRALITER DEBETVR: Non autem iure gentium: quod quidem duplici nomine amplius eſt, quàm quod ſuprà dictum eſt: tum quia etiam inter ſeruum & Dominum poteſt dari fideiuſſor: tum quia in naturali quoque tantùm obligatione, quæ neque ciuilis ſit, neque naturalis: Nam quod ſuprà dictum eſt, naturali obligationi accedere poſſe fideiuſſorem, intelligitur de ea, quæ iuriſgentium eſt, quæ ferè naturalis

ralis quoque vocatur[o], cùm iſtud intelligatur de obligatione, quę merè naturalis[p] ſit, quod & verbum ADEO ſatis indicat. Nam ſeruus cum Iuregentium pro nullo habeatur, nō poteſt nec Iure gentium obligari, nec ciuili, ſed Iure naturali tantùm, quo omnes homines æquales ſunt. Sed iam fideiuſſor ſerui, quid? an obligatur tantùm naturaliter, an etiam ciuiliter, & Iure gentium? Propius eſt, vt etiam ciuiliter obligetur, nō quidem ratione contractus: nam eius intuitu non poteſt ſe in duriorem partem obligare, ſed ratione perſonæ, cuius reſpectu poteſt. Nam & ſi quis pro eo, cui aqua & igni eſt interdictum, ſpondeat, obligatur, quantum ad interceſsionem pro eius perſona pertinet, ſi modò per alium fortè correum ſuperſit ipſa obligatio, quemadmodum eſt author Pomponius[q]. Nam cæteroqui, ſi tota obligatio aduerſus eum extincta ſit, non valet fideiuſsio, quaſi ſcilicet deficiente, non perſona, ſed ipſa obligatione, vt inquit Papinianus[r]. Etenim ſi pro furioſo, pro digo, pupillo, & alijs, qui nec ciuiliter nec Iuregentium naturaliter obligari poſſunt, quis fideiubeat, nihil agit[s]: &

o §. ſingulorū Inſt. de ter. diuiſ. §. pen. Inſt. de iur. n. r.

p l. ſi id q ff. cōdict. indeb.

q l. vlt. ff. de duob. re. ſtip. & promit.

r l. debitori ff. de fideiuſſoribus.

ideo nec opus eſt, vt ei ſuccurratur per in integrum reſtitutionem †, ſi quid fortè, quod à principali debitore reprehendi poſsit, fecerit: quoniam huiuſmodi non datur vlla mandati actio, niſi fortè pro pupillis in quibuſdam cauſsis conſiſtere dicas obligationem, quod non improbo. Iam autem quòd pleriq; omnes diſtinguunt inter eum qui ſciens fideiubet pro naturaliter tantùm obligato, & qui ignorans, vt hic quidem non magis teneatur quàm ipſe reus, ille contrà, propter ſcientiam, nullis legibus probatur, quum illa ſemper tacitè ſubſit cogitatio, vt non magis quàm principalis teneatur: ſed hoc tantùm refert, vt ſiquidem obligatio naturalis ex cauſa perſonæ ſit, in totum teneatur, vt in ſeruo: ſi verò ex cauſa ipſius contractus, vt in nudo pacto, non magis teneatur, quàm ipſe reus principalis.

† l. Marcel lus ff. eod.

QVA.

QVATENVS OBLIGETVR FIDEIVSSOR.

IMp. ait, FIDEIVSSOR NON TANTVM IPSE OBLIGATVR, SED ETIAM HAEREDEM RELINQVIT OBLIGATVM. Ambiguitas ex eo naſci poteſt, quòd perſonalis videatur fideiuſsio & in fide perſonæ conſiſtere, & ſic cum perſona interire, quemadmodum ſocietas [a], & item, ſi ab inſigni ac ſingulari aliquo artifice quid fieri ſtipuleris [b]: Sed cùm finis omnis ſtipulationis, ſit præſtatio eius quod debetur, quæ quidem præſtatio verſatur in omnibus obligationibus: vtiq; æquum eſt, vt quẽadmodum omnes ex cõtractibus venientes actiones, in hęredes dãtur [c], ſic etiam iſta fideiuſſoria actio detur. Nã qua ratione quis paciſcendo, tã hæredi quã ſibi proſpicere videtur [d]: eadem & obligãdo, tã hæredẽ quam ſe obſtringere intelligitur. Ait Imp. FIDEIVSSOR ET PRAECEDERE OBLIGATIONEM, ET SEQVI POTEST, hoc eſt, non cogitur ipſi principali actui & negotio interuenire, quemadmodum tutor contractibus pupillaribus [e]. Nam per tutorem fit, vt ſubſtã-

a l. adeo. ff. pro ſoc.

b l. inter artifices. ff. de ſolu.

c l. ex contractib'. ff. de act.

d l. ſi pactũ ff. de prob.

e §. tutor Inſt. de auth. tu-

tiam accipiat negotium, per fideiuſſorem minimè. Sed quomodo conſiſtet acceſſoria fideiuſſoris obligatio ante principalem? haud aliter atque cautio, quę datur ante pecuniam numeratam [f]. Nam & fideiuſſoris dationem inter cautiones cenſeri, procul dubio eſt [g]: ſed cùm id de conſtituto rectè dici non poſſit, receptum eſt, vt non niſi iam debita pecunia conſtituatur [h]. Ait Imperator. SI PLVRES SINT FIDEIVSSORES, QVOTQVOT ERVNT NVMERO, SINGVLI IN SOLIDVM TENENTVR. ITAQVE LIBERVM EST CREDITORI, A QVO VELIT, IN SOLIDVM PETERE. Quemadmodum enim tutores qui perſonæ dantur, non ad certam aliquam rem, ſed in vniuerſum conſtituuntur [i], ita etiam fideiuſſores, cùm pro perſona ſe obligent [k], quæ non niſi integra intelligitur, meritò in ſolidum obſtringuntur. Quanquam tamen inter tutores & fideiuſſores hoc interſit, vt cùm merè perſonalis ſit tutela, nunquam, ne expreſsim quidem, certæ alicuius rei eſſe poſsit: fideiuſsio verò, quia rei quoque eſt, poſsit, ſi modò hoc propalam conueniatur [l]. Nam quantum quidem

f l. q pecuniam ſi. ff. cert. pet.
g l. j ff. qui ſatiſ. cog.
h l. j. ff. de cõſt. pec.
i §. ad certũ Inſt. q teſt. tut. dar. poſſ.
k l. poſtq̃ ff. vt leg. no. ca.
l l. inter fideiuſſores ff. de fideiuſſorib.

dem ad iudicia attinet, hoc vtique tam tutelæ quàm fideiuſsioni eſt commune, vt ipſo quidem iure ſinguli tutores & fideiuſſores in ſolidũ teneãtur: ſed ex bono tamen & æquo diuiſio admittatur [m], etiã citra beneficiũ Diui Hadriani, qui quidẽ nõ tã inueniſſe diuiſionẽ dici poteſt, quàm ita confirmaſſe, vt cùm priùs ex æquo tantum bono per Prætores in iure concederetur, contra communem Iuris regulam, quę iam expoſita eſt: nũc multò fortiùs, per exceptionem quidẽ, ſed beneficio [n] principes competat, ſi modò proponatur: quod quidem & aliis locis à prætore factum legimus [o]. Atque hoc eſt quod. Ait Imp. SED EX EPISTOLA DIVI HADRIANI COMPELLITVR CREDITOR A SINGVLIS, QVI MODO SOLVENDO SVNT LITIS CONTESTATAE TEMPORE, PARTES PETERE. Ratio eſt inquit Paulus [p], quoniam æquitas arbitrij, atq; officium boni viri, videtur eam formam iuris deſideraſſe, videlicet vt æqualitas ſit inter æqualiter obligatos. Nam quod obijcitur, beneficium diuiſionis videri iniuriam habere, ob id quòd ex vna obligatione, cauſę plures varię-

m l. pupil- lᵒ. ff. de fideiuſſ. tut. l. j. §. nunc ff. de tut. & rat diſt. l. vlt. ff. rẽ pup. ſal. for.

n l. inter fideiuſſoribus.

o l 3. §. & ita ff. nant. cau. ſtab.

que quæſtiones apud diuerſos iudices cōſtruuntur: nō inſubtiliter quidē dici poteſt ſed tamē cū ea obligatio, quæ eſt plurium fideiuſſorū ipſo iure in ſolidū, non tam competat creditori ex ſua mente ac volūtate, quàm ex ipſius iuris ſcrupuloſitate ac ſubtilitate, vti iam probauimus: non poſſumus imprimis dicere, per diuiſionem, contra id fieri quod cōuentum eſt à creditore, ſed tantùm contra id quod ſtricta iuris ratio exigit. Cui & hoc accedit æquitatis, quòd licet iniurium videatur, vnicam obligationem in plures partes diſcerpi, quod inquam tamen & illud ipſum nonnunquam fiat officio iudicis ex ęquo ac bono q. Sed iam regula eſt, æquitati potiùs quàm ſtricto iuri eſſe ſeruiendum r. Et vt fiat diuiſio, tum ea ipſa ſuadet ęquitas, quę eſt in principali debitore, ne videlicet vnus aliquis fideiuſſor, poſtquam totum perſoluit, id per partes repetere cogatur à confideiuſſoribus: tum & alia, quæ dictat fruſtra id erogari, quod ſtatim erit repetendum ſ, & fruſtra fieri per plures lites & eas mandatas fideiuſſori, quod fieri poteſt per pauciores, & eas directas, maximè cùm in accipiendis pluribus fideiuſ-

q l. puidā. ff. ſi cert. pet.

r l. placuit. C. de iud.

ſ l. 2. ff. de cōpenſat.

deiuſſoribus, ea ſit reuerà cogitatio, vt illi plures, vnum verum debitorem repręſentent;Sequitur ergo,ſummo iudicio introductum eſſe iſtud beneficium D. Adriani,quod huiuſmodi diuiſionem admittat. Iam verò quòd inter eos conceditur diuiſio, qui ſoluendo ſunt tempore litis conteſtatæ:& quod,vt inquit Imp.IDEO QVE SI QVIS EX FIDEIVSSORIBVS EO TEMPORE SOLVENDO NON SIT, HOC CAETEROS ONERAT, hanc habet rationem, vt ne ſcilicet priuilegium Diui Hadriani redũdet in damnum creditoris quod quidem princeps nunquam vult t. Et tempus quidem litis conteſtationis ſpectatur ideo, quia iſta exceptio non tam eſt iuris,quàm iudicij,quod quidem initium ſuum habet à litis conteſtatione v. Ait Imper.SED SI AB VNO FIDEIVSSORE CREDITOR TOTVM CONSECVTVS FVERIT, HVIVS SOLIVS DETRIMENTVM ERIT, SI IS PRO QVO EIDFIVSSIT SOLVENDO NON SIT:Ratio ſubiũgitur, ET SIBI IMPVTARE DEBET, CVM POTERIT IVVARI EX EPISTOLA

t. .2. ne qd in loc. pu.

v l. amplia. ff. ré. ra. ha.

DEBEANT, QVAM DEBET IS, PRO QVO OBLIGANTVR. Ratio ſubiungitur, NAM EORVM OBLIGATIO, ACCESSIO EST PRINCIPALIS OBLIGATIONIS: NEC PLVS IN ACCESSIONE POTEST ESSE, QVAM IN PRINCIPALI RE, quatenus ſcilicet eſt acceſsio, quod quidem vel natura manifeſtum eſt d, vtpote cùm abſurdum ſit, plus inſtrumento mutui, quàm ipſo mutuo compræhendi e: Sed hoc diſtinctionem recipit: nam ſi res ipſa principalis ſpectatur, potiſsimũ in quantitate: non poteſt quidem plus eſſe in acceſsione ſecundum quantitatẽ, quàm ſit in re principali: ſed vt ſecundum qualitatem aliquanto plus ſit, nihil prohibet: & iterũ ſi ſecundum qualitatem, non poteſt quidem ſecundum illam qualitatem amplius eſſe, ſed ſecundum quantitatẽ poteſt, Nam vt præter id, quod circa rem principalem præcipuè venit in reputationem, plus ſit in appendicijs, quàm principalibus, nihil eſt impedimento f. Et ideo dicimus, poſſe quidem fieri, vt cum reus tantum teneatur naturaliter, fideiuſſor etiam ciuiliter obligetur: ſed vt fideiuſſor ad decem purè obſtringatur, cum re

d. c. acceſſorium de reg. Iur. in vj

e. l. rogaſti ff. ſi cert. pet.

f. l. ſi in emptione. ff. de contra. empt.

us debendi ad quinq; tantùm ſub conditione obligatus eſt, non dicimus. Pro illo à multis tractatum ſcio, vtrum is qui in duriorem cauſam eſt adhibitus, penitus nihil agat? quod veteribus placuiſſe video, an contrà, tantum quantum eſt in ipſa re principali? quod recentiores ꝓbant? Mihi videtur referre, vtrũ in qualitate ne an in quantitate ſit differentia. Si reus ſub conditione, fideiuſſor purè ſit obligatus, nihil cenſeo agi ſecundum Caium g, non magis quàm natura tenetur is, qui per ſtipulationem rogatus, nõ reſpondet quidem, ſed annuit h. Sed ſi cùm reus decem debeat, fideiuſſor duodecim ſpondeat, puto contrahi obligationem in decem, videlicet, quia minor quantitas ineſt in maiore i, niſi ſi fortè tam magna ſit quantitas fideiuſſoris, vt facilè appareat de alia illum re agere, quàm quæ ſit in obligatione principali. Quid enim ſi pro eo qui decem debet, mille promittat? Quid? an non dicemus poſſe fieri, vt commodum alicui ſit, intra legittimum tempus mille conficere? & non ſit commodum, corradere decem exiguiore tempore? Hac ergo diſtinctione adhibita, puto totum facilè no-

g. l. ſi à reo j. reſp. ſuc. l. græce. §. illud. ff. de fideiuſſ.

h. l. j. §. 2. ff de verb. oblig.

i. l. rogat⁹. ff. mãdat.

nodum diſſolui poſſe. Iam autem cur fideiuſsio acceſsio dicatur ad principalem obligationem promptum eſt, ſi cogites, fideiuſsionem in cautionibus numerari[k], & cautiones omnes ad confirmationes contractuum comparatas eſſe. Ait Imperator. AT EX DIVERSO, VT MINVS DEBEANT, OBLIGARI POSSVNT. Eſt enim hoc naturale, vt plerumque minus ſit in acceſsionibus, quã in principalibus. Minus eſt in ſcapha, quàm in naui[l]: minus in pullo, quàm in æqua[m]. Ait impera. ITAQVE SI REVS DECEM AVREOS PROMISERIT. FIDEIVSSOR IN QVINQVE RECTE OBLIGATVR: CONTRA VERO OBLIGARI NON POTEST. ITEM SI ILLE PVRE PROMISERIT, FIDEIVSSOR SVB CONDITIONE PROMITTERE POTEST, CONTRA VERO NON POTEST. Exempla declarant duriorem fideiuſsoris cauſam, & ſecundũ quantitatem, & ſecundum qualitatem intelligi poſſe. Ait Imperator. NON SOLVM AVTEM IN QVANTITATE, SED ETIAM IN TEMPORE MINVS AVT PLVS INTELLIGITVR. Ratio ſubijcitur, PLVS EST ENIM

k l. j. ff. qui ſatiſd. c.

l. l. vlt. ff. de fund. inſtruct. & inſt. leg.

m. l. ſi vt certo. §. vſq; adeò. ff. commodat.

STATIM ALIQVID DARE, MINVS EST POST TEMPVS DARE. Res exemplo manifeſto eſt in his, qui ipſi menſam ſoluere coguntur, vel ob id ſolum, quòd ſuo tempore, non accipiunt ſolutionem à ſuis debitoribus.

DE ACTIONE FIDEIVSSORIS CONTRA REVM.

DIcit imperator. SI QVID AVTEM FIDEIVSSOR PRO REO SOLVERIT, EIVS RECVPERANDI CAVSA HABET CVM EO MANDATI IVDICIVM. Ideò autem datur repetitio ſoluti, quia nemini debet officium ſuum eſſe damnoſum a: ideo verò per mandati actionem regulariter & in dubio: quia nullus intelligitur beneficium intercesſionis conferre in inuitum, & ita conſequenter videtur voluntate ac rogatu eius, qui debet expreſſum vel tacitè ſpondere: quod quidē illi mādati actionē parere, nemo eſt qui ambigat

a. l. in commodato. § vlt ff. commod.

bigat [b]. Enimuero ſi pro abſente quis fideiuſſerit, ei datur actio negotiorum geſtorum [c]: ſed non tam pro ipſa intercesſione, quantum quidem ego iudicio, quàm pro geſtu ſolutionis [d]. Cæterùm ſi pro inuito ac prohibente quid fiat, nulla actio eſt. Scio non inelegantem habere tractatum, quando rectè ſoluere dicatur fideiuſſor, quando non: ſed in hiſce libris Inſtitutionum, oportet generaliter interpretari, reliqua relinquere integra lectioni Pandectarum.

b. l. ſi fideiuſſor. C. mandat. l. vero. ff. de ſolut.
c. l. ex mãdato. C. mandat.
d. l. ſoluendo. ff. de ſolut.

QVOMODO CONSTITVATVR FIDEIVSSOR.

IMperator. ait, GRAECE FIDEIVSSOR ΕΓΓΥΗΤΗΣ DICITVR. A manuum datione videlicet: Nam καλοῦνται δὲ γυα αἱ χεῖρες inquit Heſychius, ex quo fit, vt & ſcriptura de ſponſalibus per quæ in manum conuenitur, confecta ἐγγύη dicatur: ſolentque veteres, pleroſque contractus firmiores omnes, data vtrimque dextra

dextra celeberare. Virgilius, Nec te noſter amor, nec te data dextera quondã, Nec moritura tenet crudeli funere Dido? Homer⁹, ἦ ῥα καὶ ἐκ χειρὸς χεῖρα σπασιν ἀντινόοιο. Planè ſi quis malit, vel à firmitudine, vel adiectione fideiuſſoris ad principalem, nomen deductum contendere, non admodum refragabor. Nã ἐγγύον, & vicinum, & id quod firmũ eſt, ſignificat, & noſtri ſtipulationem à firmitudine, & ad ſtipulatorẽ ab acceſsiõe, cognominarunt. Sequit̃, QVI PLERVNQVE SIC ACCIPITVR, λέγω ὅτι ἐγγυάομαι. SED ET SI DIXERIT λέγω SIVE βούλομαι, SED ET φημὶ PRO EO ERIT, AC SI DIXERIT λέγω Sed quorſum Græcorum verborũ hîc mentio? Verius eſt, vt quia ſtricti iuris eſt fideiuſſio, pͥſcribatur, ſi non conceptio ac formula, ſaltẽ ratio quædã & ſententia, qua cõcipi poſſit tã gręcis quã Latinis. Idq́; adeò & in acceptilatione quoq; licet obſeruare. Ait Imp. IN STIPVLATIONIBVS FIDEIVSSORVM SCIENDVM EST HOC GENERALITER ACCIPI. VT QVODCVNQVE SCRIPTVM SIT QVASI ACTVM, VIDEATVR ETIAM ACTVM. Quoniã enim

a, §. item infra. qui. mod. toll. obliga.

enim fideiuſsionum, quemadmodum & emptionum [b], aliæ ſunt quæ ſine ſcriptura fiunt, aliæ quæ per ſcripturam: facilè perſpicitur, eas quæ cautionibus expoſitis fiunt, ex ijs ſubſtantiam ſuam capere, haud aliter atq; chirographaria debita, quæ intantũ adhærent ſuis cautionibus, vt ſi cautiones reſtituãtur debitori, euaneſcant [c]. Atque hinc conſequenter intelligitur, id propriè actũ videri, quod ipſa ſcriptura quæ ſubſtantiã ei præbet, loquit: ſecùs tamen probando in his, de quibus ſcripturę fiunt, vt per eas, quod actum eſt, faciliùs probari poſsit [d]. Ait Imperator. IDEOQVE CONSTAT, SI QVIS SCRIPSERIT SE FIDEIVSSISSE, VIDERI OMNIA SOLENNITER ACTA. Quemadmodum enim ſuprà probauimus, verbum promittendi ad interrogationem & reſponſionem pertinere: ita etiam nunc dicimus, verbo fideiubendi, ſtipulationem contineri, quod quidem vel ex eo manifeſtum eſt, quòd fideiubere nemo ſine interrogatione aç reſponſiõe poſsit, ita vt audita mẽtione fideiuſsionis, cõfeſtim neceſſariò ſubaudiatur certa quædam ſponſio [e], quæ obſeruetur in omnibus interceſsionibus.

b. l. contr. C. de fid. inſtr. l. ſi fideiuſſor. C. de fide.

c. l. 3. ff. de pact.

d. l. contr. ff. de pign.

e. l. blanditus. C. de fideiuſſ.

nibus. Aliter verò, ſi ſcriptum ſit, emiſſe aliquem: Nam etſi per ſe ſua ſponte ſubaudiatur precium, tamen de quantitate precij, nemo eſt qui poſsit ſuſpicari. Abſolutis obligationibus quæ re fiunt, & quæ verbis contrahuntur, ſequitur vt tractandum ſit de his, quæ literis cóſtituuntur.

De literarum obligationibus.

OLim ſcriptura fiebat obligatio. quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non ſunt in vſu. Planè ſi quis debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt, de pecunia minimè numerata, poſt multum temporis exceptionem opponere nó poteſt, hoc enim ſæpiſsimè conſtitutum eſt. ſic fit, vt & hodie, dum queri non poteſt, ſcriptura obligetur, &

ex ea naſcatur condictio, ceſſante ſcilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem & principalibus conſtitutionibus vſque ad quinquennium procedebat: ſed ne creditores diutius poſſint ſuis pecunijs forſitan defraudari, per conſtitutionem noſtram tempus coarctatum eſt, vt vltra biennij metas huiuſmodi exceptio minimè extendatur.

INTERPRETATIO.

AIt Imperat. OLIM SCRIPTVRA FIEBAT OBLIGATIO, QVAE NOMINIBVS FIERI DICEBATVR, QVAE NOMINA HODIE NON SVNT IN VSV. Nomina, inquit Aſconius, ſunt tituli debitorum in his debitis, in quibus hominum (nam rerum propriè capita dicuntur) nomina ſcripta ſunt, quibus pecu-

niæ commodatæ ſunt, quia quidem re fit
a.l.3.ff.p ſoc. vt & ipſa debita, & obligatiões, nomina
dicantᵃ. Sed conſtituebatur apud Veteres
obligatio nominibus, duobus modis. Vno qdẽ, vt nulla eſſet exceptio de
cauto, & non numerato: alterò verò, vt
eſſet: Prioris duplex erat iterum ratio, ſi
ue formæ. Nã ſi qui emptionẽ venditionẽ, locationẽ conductionẽ aliúmue aliquẽ contractum inter ipſos habitũ, actis
publicis inſerrent, ij nomina facere dicebantur, quemadmodum euidẽter ex
tertio Ciceronis de officijs colligitur,
quod quidem genus non ad argentarios
pertinebat, ſed ad tabelliones. Cæterùm
ſi de pecunijs ab vnius nomine, in rationibus numulariorum, ad alterius alicuius transferendis tranſcribendiſúe agetur: illud genus nominum faciẽdorũ,
propriè trapezitarum erat, cuius quidẽ
& Plautus & Terentius, & alij non vno
loco mentionẽ faciunt. Nam cùm moris
eſſet vel domi in arca reconditos habere
numos, vel ad menſas argentariorum depoſitos: ferè ſolebant, vel de domo veteres numerare, vel de menſa, ſiue ad menſam: quod quidem procedebat, ſubindè
aſportatis domo numis, quoties ſcilicet
is, qui

is, qui ad menſam nihil haberet depoſitum, numeraturus eſſet illi qui haberet: aut etiã ſecuritatis gratia, ſubindè deprõptis è menſa numis, quoties is qui haberet ad menſam, numeraturus eſſet ei, qui eos ſecũ auferre vellet: ſubindè denique nullis intercedẽtibus numis, quoties nimirum vterq; depoſitã illic haberet pecuniam, quo caſu nulla alia re opus erat, quàm certæ quantitatis, à debitoris nomine ad creditoris nomen, tranſcriptione. Poſterior nominũ factio, quæq; exceptionem de cauto & non numerato pareret, duas quoq; vias habebat, Vna erat, cùm quis ab argentario menſularióue mutuos numos rogaret: quo caſu, nõ ſatis erat, nomen eius qui acceperat calẽdario inſerere, niſi ſimul etiam cauſa & vſus in quem daretur, quemadmodũ author eſt Demoſthenes cõtra Timotheũ, & non vno loco Iureconſultus[b], expromeretur: adeò quidem vt incertis nominibus credere dicerentur, qui ſecùs facerent[c]. Altera erat, cùm à priuato aliquo peteretur commodata pecunia, idque vel epiſtolis expoſitis, quæ ſimplicem debiti confeſsionem continerent, vel ſyngraphis & chirographis, quæ

b. l. Lucius ff. de exercit. l. cũ de indebito in fi. ff. de probat. l. generaliter. C. de nõ nu. pe.

c. l. 1. ff. ad Maced.

non numeratæ pecuniæ, ei qui ſe ſcripſerit debere quod ſibi numeratũ nõ eſt: adeò vt is qui ſcripturã habet à ſe, cogatur nihilominus probare ſe numeraſſe: partim habet rationem ex his, quæ iam, modò de antiquis nominibus, quæ ante numerationẽ exponerẽt, diximꝰ, videlicet q̃a ſæpe fit, vt ius nouum ex veteris iuris rationibus conſtituat̃ (ſic em̃ ſeptẽ teſtes in vltimis volũtatibꝰ à quinq; Romani populi tribubus & libripende, ac eo qui emptor familiæ diceretur, ꝓfecti ſunt [f].) partim ex eo manauit, quod licet hodie non ita ſit neceſſarium, vt ante numerationẽ cautio exhibeatur, nihilominus tamen id perſæpe fiat, tum eorum qui rogant mutuas pecunias verecundia, tum verò improbitate illorum, qui creditores futuri ſunt, ita vt noui iuris ratio, à veteri, reuera nõ diſcreper. Quod autem adiungitur, ſępiſsimè reſcriptum eſſe, poſt multum temporis huiuſmodi exceptionem opponi non poſſe: haud alijs fundamentis eſt ſubnixum, quàm quibus vſucapio vel longi temporis prę ſcriptio fulcitur: præter enim hoc, quod præſumptio acceptæ pecuniæ naſcitur aduerſus eum, qui dedit chirographum

f. §. ſed cũ paulatim ſup. de te.

quod non ſit poſt exactum legittimum tempus. Planè quantum ad conditionẽ attinet, eapropter ea hic competit, quòd literarum obligatio, non minùs quã ſtipulatio, ſpeciem quandam & ſimilitudinẽ mutui habeat, de quo in ſuperiorib⁹ latiùs eſt expoſitum. Quanquam tamen alias inter verborũ & literarũ obligationem hoc ſit differentiæ, vt hæc, quemadmodũ dictũ eſt, exceptionem nõ numeratæ pecuniæ admittat: illa verò non admittat. Nã & inter acceptilationẽ & apochã ſecundũ Vlpianũ hoc intereſt, quòd acceptilatione omnimodò liberatio cõtingit, licet pecunia ſoluta non ſit: apocha non alias, quã ſi pecunia ſoluta ſit[k]. Ait Imperat. MVLTVM AVTEM TEMPVS IN HAC EXCEPTIONE ANTEA QVIDEM EX PRINCIPALIBVS CONSTITVTIONIBVS VSQVE AD QVINQVENNIVM PROCEDEBAT: SED NE CREDITORES DIVTIVS POSSINT SVIS PECVNIIS FORSITAN DEFRAVDARI, PER CONSTITVTIONEM NOSTRAM TEMPVS COARTATVM EST, VT VLTRA BIENNII METAS HVIVSMODI EXCEPTIO MINIME EXTENDATVR

k. l. accepto latam. ff. de acceptilat.

l.1. ſi quis. ff.ſi.cert. pet.

TVR. Veteres ſolebant in multis rationem 1 luſtri habere, ſed quoniam boni patrisfamilias eſt, quotannis ſemel rationem ſubſtantiæ ſuæ inire: rectè viſum eſt poſterioribus, ſufficere biennium, videlicet vt poſt primum annum ſubeat rationem ſubſtantiæ ſuæ, in ſecundo verò agere incipiat, quod quidem niſi faciat, rectè dicitur pro negligente puniri

De obligationibus ex conſenſu.

COnſenſu fiunt obligationes, in emptionib⁹ venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mãdatis, Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu cõtrahi: quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodò opus eſt, ac nec dari quicquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam capiat obligatio, ſed ſufficit eos, qui negotia

gotia gerunt,conſentire: vnde inter abſentes quoque talia negotia cõtrahuntur,vel per epiſtolam,vel per nuntium. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet: cùm alioquin in verborum obligationibus alius ſtipuletur,alius promittat.

INTERPRETATIO.

AIt Impera. CONSENSV FIVNT OBLIGATIONES IN EMPTIONIBVS, VENDITIONIBVS, LOCATIONIBVS, CONDVCTIONIBVS, SOCIETATIBVS, MANDATIS. Cùm enim nihil,ſit quod in ordinarias actionum formulas cadere poſsit,niſi quod vel nomen ſuum habeat,vel ceremoniam ciuilem: vtique manifeſtum eſt,hos contractus, quia ſuum certum & deſcriptum nomen habent,nihil opus habere, vt ad verborum aut literarum anguſtias reuocentur: quia verò

non agitur in ijs, de eadem re vel in genere vel in ſpecie reſtituenda, nullā cauſam ſubeſſe, cur vllam rei traditionem requirant. Nam quòd in permutationibus a, tranſactionibus, & alijs ſimilibus, nihil agi cenſetur, niſi res aliqua interueniat, propter id probatum eſt, quòd nullum ſpeciale nomen ijs ſit attributū, ita vt non aliter poſsit ex ijs dari actio, quàm ſi negotium habeant b & συναλλάγμα de quo quidem paulò latiùs tractabimus in libro poſteriorum. Sed cùm donatio, ſponſalia, pignora, ſolo hodie conſenſu contrahantur c, quid eſt, quòd eorum hîc nulla fiat cōmemoratio? An dicemus nexū pignorum, licèt nuda cōuentione fiat, quia tamen eiuſdem rei reſtitutionem continet, ad eorum contractuum numerum redigendum eſſe, qui re cōtrahuntur, quemadmodum etiam ſuprà probauimus? Et eſt ſanè veriſsimū neq; donationem ad contractus pertinere d, neque ſponſalia, quemadmodum idoneo loco quoque diximus. Et certè quemadmodum eorum contractuum, qui re fiunt, alij dominium transferunt, alij vſum concedunt, alij curam & cuſtodiam committunt: ita etiam ex his quátuor,

a l. ex placito. C. de rerum permut.

b l. inſurgēt. ff. de pact. l. ſolēt. ff. de præſcript. verb.

c §. j. ſuprà de donat. l. 1. 2 j. ff de ſpōſal l. j. ff. de pign. act.

d l. interdictū. ff. de precat. l. Ariſto. ff. de donat.

tuor, ẽptio ac vẽditio, trãſlationẽ habet dominij, locatio & cõductio vſus ac vtilitatis ad tẽpus, mãdatũ procurationẽ rerũ ac negotiorũ, ſocietas oĩa quodãmodo ſimul. Sed q̀ ſciuerit hîc aliqs, qd nã tãdẽ ſit, cõſenſu cõtrahere? Subijcit itaq; Imp. IDEO AVTEM ISTIS MODIS DICITVR OBLIGATIO CONSENSV CONTRAHI, QVIA NEQVE SCRIPTVRA, NEQVE PRAESENTIA OMNINO OPVS EST, AC NEC DARI QVICQVAM NECESSE EST VT SVBSTANTIAM CAPIAT OBLIGATIO, SED SVFFICIT, EOS QVI NEGOTIA GERVNT, CONSENTIRE. Verbũ SCRIPTVRA, excludit literas: PRAESENTIA, ſtipulationẽ DARI, obligationẽ omnẽ, quę re ſit. Et ꝙ additur, SED SVFFICIT CONSENTIRE, ſignificat, nihil aliud in his negotijs ſpectari, q̃ vt cõſtet de cõſenſu, ita vt vel ſol⁹ nut⁹ ſufficiat e, cùm in alijs, vel verborũ, vel literarũ, vel rerũ interuẽtus deſideratur. Illa verba: VT SVBSTANTIAM CAPIAT OBLIGATIO, demõſtrãt fieri poſſe, vt ꝓ cõſeruãda rei geſtę memoria ſcriptura aliqua de ea cõficiat f, ſed tamẽ eã ſcripturã, q̃ tũ ad rei ſubſtantiã attinet, nullo modo neceſſariam eſſe. Infert aũt Imp. ex iſto, duo: pri⁹ eſt, VNDE INTER ABSENTES QVOQVE TALIA NEGOTIA CONTRAHVNTVR, VEL VTI PER EPITOLAM VEL PER NVNCIVM Si

e l. obligamur. ff. de act.

f l. contro. hitur ff. de pign.

Si enim verum eſt, nihil aliud inſpici quam nudum ſolumque contractum, vtique conceſſum & apertum eſt, tum nuncium ſufficere g, qui videlicet volũtatis noſtrę inſtrumentum ſit, longè differens à procuratore, qui ipſe author eſt eius rei, quam agit alieno nomine, cùm in nuncio mittendo, non nuncius quicquam agere, ſed nos ipſi per eum, quem admodum eſt apud Homerum, tanquã per inſtrumentũ rem gerere h, dicamur, licèt in alijs nuncium mittere i, paulò aliter accipiatur: tum verò epiſtolam, quæ & ipſa volũtatis noſtræ ſignificatrix eſt, apud eos qui abſunt, quanquam tamen & epiſtolę nomen ad cautiones, ac ad inſtrumentum rerum contractarum, nonnunquam accommodetur k, quod quidem huc non pertinet. Sequitur poſterior illatio, ITEM IN HIS CONTRACTIBVS ALTER ALTERI OBLIGATVR IN ID QVOD ALTERVM ALTERI EX BONO ET EQVO PRAESTARE OPORTET, CVM ALIOQVI IN VERBORVM OBLIGATIONIBVS, ALIVS STIPVLETVR ALIVS PROMITTAT. Duo ſunt quæ vno verborum contextu compręhendũtur.

g l.j. in ſi. ff. de cõtr. ẽpt. l. 2. ff. de act.

h l. & licet ff. de conſtit. pec.

i l.j. ff. de lib. agnoſ.

k l. publica §. vlt. ff. depoſit.

Vnum eſt, quod dicitur: in his contracti bus vltrò citro naſci obligationem in perſona vtriuſq; contrahentiũ, idq́; vel à principio, tum nomine tum re, vt in ſocietate: tum re tãtum, vt in emptione, locatione: vel ex poſtfacto, vt in mandato. Quod quidem longè ſecus eſt in ſtipulatione, in qua alter ſolũ obſtringitur. Alterum eſt, quod dicitur: hos contractus omnes bonę fidei eſſe, cũ ſtipulationes omnes ſtricti iuris ſint, de cuius quidem ratiõe ac ſignificatiõe latiſsimè tractauimus in tertio libro de Iuris arte, in quo quidẽ conati ſumus nõ ſolũ actionũ varias differentias ſecundũ varietatẽ explicare, verũ etiã iudiciorũ quoque formas ac rationes, ſine quibus Pandectarum libri nullo modo intelligi poſſunt, enodare. Planè obligationes quę re fiunt, aliàs ab vna tãtum parte habent obligationẽ, & ſunt ſtricti iuris, vt mutuũ: aliàs ab vtraq;, & ſunt bonę fid. vt commodatum, depoſitum, pignus. De literarum obligationibus tantundem dici poteſt, quantum de ſtipulationibus.

De

De emptione & venditione.

EMPTIO & venditio contrahitur ſimulatque de pretio cõuenerit: quanuis nondum pretium numeratú ſit, ac nec arra quidem data fuerit. Nam quod arræ nomine datur, argumentum eſt emptionis venditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & vẽditionibus, quæ ſine ſcriptura conſiſtunt, obtinere oportet: nam nihil à nobis in huiuſmodi emptionibus & venditionibus innouatum eſt: In iis autem, quæ ſcriptura conficiuntur, non aliter perfectam eſſe venditionem, & emptionem conſtituimus, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidẽ ſcripta, à contrahentibus autẽ ſubſcripta, & ſi per tabellionem fiunt, niſi & cõpletiones acceperint, & fue-

rint partibus abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt tempor vel véditor ſine pœna recedere ab emptione & venditione. Ita tamen impunè eis recedere concedimus, niſi iam arrarum nomine aliquid fuerit datũ: hoc enim ſubſequuto, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis vẽditio celebrata eſt: is qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt emptor, perdit ꝙ dedit: ſi verò venditor, duplum reſtituere cõpellitur licèt ſuper arris nihil expreſſũ ſit. Pretiũ aũt cõſtitui oportet: nã nulla ẽptio ſine pretio eſſe poteſt. Sed & certũ eſſe pretiũ debet, alioq́ ſi ĩter aliquos ita cõuenerit, vt quãti Titiꝰ rẽ ęſtimauerit, tãti ſit empta inter veteres ſatis abũdeq́; hoc dubitabat, cõſtarétne vẽditio, an nõ. Sed noſtra deciſio ita hoc cõſtituit, vt quotięs ſic cõpoſita ſit venditio, Quãti ille ęſtimauerit, ſub hac

conditione ſtaret contractus: vt ſi quidem ille qui nominatus eſt, pretium definierit, tunc omnimodò ſecundum æſtimationem & pretium perſoluatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille qui nominatus eſt, vel noluerit, vel non potuerit pretium definere: tunc pro nihilo eſſe venditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. Quod ius cum in venditionibus nobis placuerit: nõ eſt abſurdum & in locationibus & in conductionibus trahere. Itẽ pretium in numerata pecunia conſiſtere debet. Nam in cęteris rebus, an pretium eſſe poſſet, valde quærebatur, veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretiũ eſſe poſſet. Et Sabinus & Caſsius etiam in alia re putabant pretium poſſe cõſiſtere, vnde illud eſt, quod

vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi, eamque ſpeciem emptionis & venditionis vetuſtiſsimã eſſe: argumentoq; vtebantur Græco poeta Homero, qui aliquã partem exercitus Achiuorum vinũ ſibi cõparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus, his verbis.

Νῆες δ' ἐκ λήμνοιο παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι.
Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί.
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Diuerſæ ſcholæ authores contrà ſentiebant: aliudque eſſe exiſtimabant permutationẽ rerũ, aliud emptionem & venditionem: alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quę videatur res vêniſſe, & quę pretii nomine data eſſet: nam vtramq; videri vêniſſe, & pretii nomine datam eſſe: rationẽ nõ pati. Sed Proculi ſententia, dicẽtis permutationẽ propriã eſſe ſpeciẽ

T con-

cõtractus à venditiõe ſeparatã, meritò prævaluit, cùm & ipſe alijs Homericis verſib⁹ adiuuabatur, & validioribus rationibus argumẽtabatur: ꝙ & anteriores Diui principes admiſerũt, & in noſtris Digeſtis latiꝰ ſignificat̃. Quũ aũt ẽptio & vẽditio cõtracta ſit (ꝙ effici dixim⁹, ſimulatq; de pretio cõuenerit, cũ ſine ſcriptura res agitur) periculum rei venditę ſtatim ad emptorem ꝑtinet, tametſi adhuc ea res, emptori tradita non ſit. Itaq; ſi homo mortu⁹ ſit, vel aliqua parte corporis lęſus fuerit, aut ædes tot vel æ aliqua ex parte incẽdio cõſumptę fuerint aut fund⁹ vi fluminis totus vel aliqua ex parte ablatus ſit, ſiue etiam inundatione aquę, aut arboribus turbine deiectis longè minor aut deterior eſſe cœperit, ẽptoris damnum eſt, cui neceſſum eſt (licèt rem non fuerit nact⁹) pretium ſoluere. Quicq̃d enĩ ſine dolo & culpa venditoris

ditoris acciderit, in eo venditor ſe cur' eſt. Sed etſi poſt emptionē fundo aliqd p alluuionē acceſſerit, ad emptoris commodū ptinet. Nā & commodū ei' eſſe debet, cuius periculū eſt. Quod ſi fugerit homo, q veniit, aut ſubreptus fuerit, ità vt neq; dolus neq; culpa vēditoris interuenerit: animaduertendū erit, an cuſtodiā eius vſq; ad traditionē vēditor ſuſceperit. Sanè enī ſi ſuſceperit ad ipſius periculū is caſus ptinet: ſi nō ſuſceperit, ſecur' eſt. Idē & in cęteris animalibus cęteriſq, rebus intelligim'. Vtiq; tamē vēdicationē rei & cōductionem exhibere debebit ēptori: qa ſanè q nondū rē emptori tradidit, adhuc ipſe dn̄s eſt. Idem ètiam eſt de furti & de damni iniuriæ actione. Emptio tā ſub conditione, quàm purè contrahi poteſt. Sub conditione: veluti, ſi Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot,

ductione obtinebat. Solet autem huius contractus tanta eſſe dignitas & authoritas, vt non ſolùm communibus rerũ cõmercijs, verùm etiam teſtamentis[b] & emãcipationibus adhiberetur[c], qua quidem re effectum eſt, vt & nunc in hoc ordine primũ locũ teneat. Nam quid opus eſt, vt de antiquitate eius ac origine multa ex antiquitate repetam? cùm ipſe Iure conſultus Paulus in hac parte, abundè nobis ſatisfacere poſsit, cuius verba ſuo loco videre licet.[d]

b §. x. Inſt. de teſta.

c §. præterea inſt. quib.'mo. ius pat. pot. toll.

d l. i. de cõtrah. emp.

QVOMODO CONTRAHATVR EMPTIO AC VENDITIO.

DIcit Imper. EMPTIO ET VENDITIO CONTRAHITVR, SIMVLATQVE DE PRECIO CONVENERIT. Quia enim iuris gentium eſt, & ſuum proprium ſpeciatim nomen habens: vtique rectè probatur, ſolo conſenſu contrahi: nam ea demum, vel verborum, vel literarum religioni alligari ſolent, quæ natura ſui laxa ſunt, & ad ſpeciẽ non redacta:

pateat latè in commercijs,nihil debet aliud promittere ad hoc vt cōſtet, quàm rei,quæ venit,præſtationem,quod quidem longè aliter ſe habet in ſtipulationibus, quæ ciuiles ſunt:& permutationibus,quæ extraordinariç: & mutuis pecunijs,quæ aliter intelligi non poſſunt. Illud dubitationis eſt,cur cùm Iureconſultus dicat,ſi id quod venierit,appareat,quid,quale,quātum ſit,& purè venierit,tunc demum perfectam eſſe emptionem,cur inquam hic dicatur, emptionē contrahi,ſimulatque de pretio conuentum ſit?Magis eſt, hic de ea perfectione tractari,quæ ſubſtantiam rei præbeat:illo verò loci de ea, ſine qua res eſſe non poſsit,quæ certè multum differt,quemadmodum & Plato author eſt, ab altera. Nam quòd alibi quoque tractatur,emptionem traditione demum perfici g, de ea indubitanter perfectione exaudiendū eſt, quæ effectū obligationis cōtineat,nō quæ ipſam obligationē.Sequitur: QVAMVIS NONDVM PRECIVM NVMERATVM SIT, Licet enī offerri debeat pecunia,anteq̄ ex empto agi poſsit h,quod q̄s dē ambiguitatē parere videt̄:tamē id nihil impedit, quò min' obligatio tota na ta iam

e l. neceſſario. ff. de pericul. & commod

f l. pacta ff. eod.

g l. ſi quis rem alienā ff. de act. empt.

h l. Iulian' §. offerri ff. de act. ēpt.

vt eſt apud Plinium, vel ſpecies l aliqua: tum pro parte precij, quo caſu res deſi-nebat eſſe integra, vel medio quodam modo, vt hîc, quo caſu argumenti tan-tùm vim habet, & indicij, licet fieri poſ-ſit vt in parte precij pòſt deindè cedat, quod non eſt ſpectandum. Nam quem-admodum matrimonium ſine dote eſſe poteſt: ita etiã emptio, ſine arra. Sequit. SED HOC QVIDEM DE EMPTIO-NIBVS ET VENDITIONIBVS, QVAE SINE SCRIPTVRA CONSISTVNT OBTINERE OPORTET: NAM NI-HIL A NOBIS IN HVIVSMODI EMP-TIONIBVS ET VENDITIONIBVS INNOVATVM EST. Nõ indiget inter-pretatione. Ait Imper. IN HIS AVTEM QVAE SCRIPTVRA CONFICIVN-TVR, NON ALITER PERFECTAM ESSE VENDITIONEM ET EMPTI-ONEM CONSTITVIMVS, NISI ET INSTRVMENTA EMPTIONIS FV-ERINT CONSCRIPTA. Nihil enim cẽ-ſetur actum, quandiu aliquid reſtat agẽ-dum m. Et non poteſt quid vllo modo perfici, niſi id, à quo ſubſtantiam habet, compleatur: quemadmodum in ſtipula-tione videmus, quæ inutiliter concepta,

l. argum. l. vlt. C. quã do licet. ab empt. diſced.

m. l. vlt. C. ad Syllan.

ne naturalem quidem obligationẽ producit[n]. Iam verò vt intelligas, quæ emptio ſcripturam requirat, quæ non, priùs videndum eſt, quid acti ſit, hoc enim apertè ſignificat Imperator[o]. Si id non appareat, puto rem, qua de agitur, ſpectādam eſſe. Nam communiter quidem ita comparatum eſt, vt in plerisq; ſcripturæ ſolennitas non requiratur: ſed ſunt nonnullæ ſpecies, in quibus ſine inſtrumentis, literis cōpræhenſis, nihil agitur[p]. Sed quid tandem oportet obſeruare in emptione per ſcripturam celebranda? Ait Impera. VEL MANV PROPRIA CONTRAHENTIVM, VEL AB ALIO QVIDEM SCRIPTA CONTRAHENTIBVS AVTEM SVBSCRIPTA, ET SI PER TABELLIONEM FIVNT. Eſt enim duplex ſcriptura, altera priuata, altera publica. Quæ priuata eſt, perficitur, vel propria partium ſcriptione[q], vel ſi alius ſcripſerit, ſubſcriptione, quæ authoritatẽ toti ſcripturæ tribuat. Quæ publica eſt, ſic ad exitū deducitur, ſi non ſolùm protocollo, negotium leuiter cōiectum & quaſi deliniatum ſit, verùm etiam ſi in mundum redactum, & omnibus ſuis numeris abſolutum, & deinde à parti-

n l. 1. ff. de ver. oblig.

o, l. contr. C. de fid. iuſſ.

p. l. generaliter. C. de non num. pec. l. vlt. C. ſi minma. dix.

q. vid. aut. de teſt. imperfect. l. ſicut §. nō videtui. ff. quib. mo. pign.

partibus approbatum fuerit. Et hoc eſt, quod dicit Imperator. NISI ET COMPLETIONES ACCEPERINT, ET FVERINT PARTIBVS ABSOLVTA: Verùm ſi hæc nondum poſt conuentionem ſint ſecuta, quid eſt Iuris? Ait Impe. DONEC ENIM ALIQVID DEEST EX HIS, ET POENITENTIAE LOCVS EST, ET POTEST EMPTOR VEL VENDITOR SINE POENA RECEDERE AB EMPTIONE ET VENIDTIONE, quorum certe neutrũ liceret, ſi negotium completum eſſet. Nam ſicut [r] ab initio libera poteſtas vnicuique eſt habendi vel non habendi cõtractus: ita renunciare ſemel conſtitutæ obligationi, aduerſario non conſentiente, minimè poteſt. Ait Imperator. r. l. ſicut. C de act.

ITA tamen impunè eis recedere concedimus, niſi iam arrarum nomine aliquid fuerit datum: hoc enĩ ſubſequuto, ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis venditio celebrata eſt: is, qui recuſat adimplere contractum ſi quidem eſt emptor, perdit quod dedit: ſi verò venditor, duplum reſtituere compellitur, licet ſuper

Ait impera. PRETIVN AVTEM CONSTITVI OPORTET, Ratio ſubiicitur. NAM NVLLA EMPTIO SINE PRETIO ESSE POTEST, quippe, quia ſubſtantiam ſuam habet[a] ex pretio, quemadmodum in ſuperioribus eſt expoſitũ. Sequitur, SED ET CERTVM ESSE PRETIVM DEBET. Nam ſi pretij eſt, formam negotio tribuere ac modum, qui certus eſſe debet: vtique neſſarium eſt, vt ipſum quoque per ſe certum ſit. Nam nihil eſt[b], quod plus alteri dari poſſit, quàm ipſum habet. Et certum vocamus id, de quo appareat, quid, quale, ac quantum[c] ſit. Ait Imperator. ALIOQVI SI INTER ALIQVOS ITA CONVENERIT, VT QVANTI TITIVS REM AESTIMAVERIT, TANTI SIT EMPTA: INTER VETERES SATIS ABVNDEQVE DVBITABATVR, SI CONSTET VENDITIO, VEL NON. Quæſtionem faciebat ab vna parte, quia ſatis videtur certum id, quod ad boni viri arbitratum ſit redactum, vtpote qui debeat ſecundum communem rationẽ æſtimare[d], Ab altera, quia is qui certum hominem elegit, à communi rerum æſtimatione abire videtur, & ſe affectioni vnius.

a. l. pacta ff. de côtr. empt.

b. arg. l. nemo. ff. de reg. Iur.

c. l. certũ. ff ſi cert, pet.

d. l. ſi ſocietatem. ff. pro ſoc. l. preciarerũ ff. ad. l. falcidiam.

vnius alicuius, quæ incerta [e] ſit, committere, cui & hoc adde, quòd precia rerum varia ſint [f] & dubia. A tertia deniq;, quia referre videtur, vtrùm ad tertium aliquẽ itũ ſit, tanquam ad virum bonum, vt ſcilicet illo caſu valeat, quod actum ſit; ſecundum priorẽ rationem: an verò tanq̃ ad certum & deſtinatũ hominem, vt tũc non valeat; ſecundum poſteriorem. Sed nulla eſt de his tribus rationibus & ſententijs, quę non aliquid habeat vitij. Ad uerſum eos, qui aiunt, certũ eſſe id quod in tertiũ collatum ſit: rectè poteſt dici, non eſſe reuera certum illud, quod ex arbitrio alicuius pendeat, licet in genere quoquo modo ſit certum: ſed nõ ad ſpeciem redactũ. Aduerſus eos, qui negant quicquã certi ineſſe in huiuſmodi negotijs, valet ea ratio, quæ habet, precia rerũ ex communi vſu fungi [g]. Aduerſum illos deniq;, qui diſtinctione facta, negotium dirimunt, pugnat incertum cogitationis contrahentium: nam ea res efficit, vt inexplicabilis ſit huius rei ratio [h]. Quoniam igitur nulla harum trium ſententiarum eſt, quæ conſtare poſsit, ſubiungit quartã Iuſtinianus, quæ admirabili quadam ratione, ex hiſce tribus confecta eſt

e. l. 3. ff. de in lit. Iur.
f. l. imo. ff. de eo q̃ cert. loc.
g. d. l. precia rerum.
h. l. vlt. C. de cõtrah. empt.

eſt & collecta. Ait itaque SED NOSTRA DECISIO ITA HOC CONSTITVIT. VT QVOTIES SIC COMPOSITA SIT VENDITIO, QVANTI ILLE AESTIMAVERIT: SVB HAC CONDITIONE STARET CONTRACTVS, VT SIQVIDEM ILLE QVI NOMINATVS EST PRECIVM DEFINIERIT. TVNC OMNINO SECVNDVM EIVS AESTIMATIONEM. ET PRECIVM PERSOLVATVR ET RES TRADATVR, ET VENDITIO AD EFFECTVM PERDVCATVR, EMPTORE QVIDEM EXEMPTO ACTIONE, VENDITORE EX VENDITO AGENTE. SIN AVTEM ILLE QVI NOMINATVS EST, VEL NOLVERIT VEL NON POTVERIT PRECIVM DEFINIRE, TVNC PRO NIHILO ESSE VENDITIONEM QVASI NVLLO PRECIO STATVTO, QVOD IVS CVM IN VENDITIONIBVS NOBIS PLACVERIT, NON EST ABSVRDVM ET IN LOCATIONIBVS ET IN CONDVCTIONIBVS TRAHERE. In his enim ſic apertè reſponſum eſt à Caio iureconſulto ante Iuſtinianum, ita vt non tam autor huius deciſionis, quàm laudator, & qui authoritatem

i.l. ſi merces. ff. loc.

precium confertur in arbitrium boni viri generaliter p?propius eſt, quia boni viri æſtimatio, cum ex æquo bono proficiſcatur, & valde latè pateat, meritò debeat haberi pro incerto q, quod quidẽ aliter ſe habet in noſtro caſu, quo, propter certæ perſonæ nominationem, res ad ſpeciem magis directa, & propterea certior eſſe, dici debet. Eleganter quæſitum eſt, ſi perperam arbitretur is qui electus eſt, quid ſtatui debeat? Sed crebriùs placuit, nihil mutari, nec recedit ab eius perſona r: quod tamen hactenus proba, ſi non ita prauum ſit eius arbitrium, vt manifeſta iniquitas ei' appareat ſ. Ait Imp. ITEM PRECIVM IN NVMERATA PECVNIA CONSISTERE DEBET. Cùm enim precium ſit modus & menſura rerũ, vt eſt apud Ariſtotelẽ: nihil dubium eſt, quin id certum debeat eſſe ac definitum: quod quidem nulla alia cómodè via poteſt obtineri, quàm ſi certa aliqua materia eligatur, & ea quantitate ſua & pondere depenſa, formam publica percutiatur: Nam hac ratione demũ fit, vt appareat, quid ſit, propter materiam: quantum, propter pódus: quale, propter formam, quæ quidem res efficit, vt nihil

p. l. ſi merces. ff. loc.

q. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de ve. obl.

r. vid. not. in. l. ſi q̃s arbitratu. ff. de verb. obl. l. ſi ſocietate, §. vlt. ff. pro. ſoc.

ſ. l. vnde. ff. pro ſoc.

t. l. j. ff. de cont. em.

v.l.ſtipulationem quædam.l vbi ff. de verb.obli.

hil poſsit excogitari certius [v], quàm ſit pecunia numerata, licet ſola appenſa vſi fuerint olim veteres, à quibus & penſionum & impenſarum & alia conſimilia nomina ſunt profecta. Et eſt quidem vocabulum pecuniæ, tractum à pecudibus quéadmodũ triticaria actio à tritico, in quo maiorum diuitiæ conſiſtebant: Nã pecuniæ nomine appræhendimus, ſubindè omne id quod in bonis eſt [a], aut eſſe poteſt, ſubindè id quod pondere, numero aut menſura continetur [b]: ſubindè denique ſolum numum, quo caſu, verbum numerata, ferme additur. Ait Imp. NAM IN CAETERIS REBVS, AN PRECIVM ESSE POSSET, VELVTI AN HOMO, AVT FVNDVS, AVT TOGA ALTERIVS REI PRECIVM ESSE POSSET, VALDE QVEREBATVR. Ad quem tandem vſum? Nimirum vt de formula conſtaret, qua experiendum eſſet: Nam vix vlla de re magis controuerti ſolet apud veteres, quàm quibus quæque res ſolennitatibus & verbis in iudicio concipi deberet [c]. Sequitur, ET SABINVS ET CASIVS PVTANT ETIAM ALIA IN RE PRECIVM CONSISTERE, quaſi ſcilicet pecunia non tã ſit ipſa

a.l.2.C. de conſt.pec.

b.l.2.§. vl. ff.ſi ce. pe.

c.l.2.ff. de orig.Iur.

ſit ipſa rerum æſtimatio, quàm inſtrumẽ tum quoddã æſtimationis, quod quidẽ inſtrumentũ nihil vetat, quò minùs & in alijs rebus, extra pecuniã numeratam conſiſtat, vtpote cũ quotidie videamus agricolas, res oẽs, vel tritico ac frumẽto, vel pecudibus cõputare, quod quidem & apud Homerum non vno loco licet adnotare. Vt in his verſibus:

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο
Ζεύς.
ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε,
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Item in hiſce.

Τὴν ποτὲ Λαέρτης πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσι,
πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν, ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν.

Prætereà ſi verum eſt, pecuniæ ad pecuniam rectè fieri permutationem dcur nõ vice verſa concedemus? vt emptionis & venditionis vocabulum, ad ſpecies hinc indè datas porrigatur? maximè cùm ſæpenumero fiat voluntate creditoris, vt res detur pro pecunia conuenta. Nam ſi negotio conſtituto, pòſt deindè licet corpus pro quantitate ſoluere e, permanente nihilominus emptione: q̃ quæſo tandem inuidia eſt, vt non idẽ quoque

d.l.j. ff. de rer. perm.

e, vid. l. 2. §.j. inſt. ff. ſi cer. pet.

 ſtatim

ſtatim ab initio permittatur quaſi nimi rũ ſatis ſit, ad precium numis æſtimatũ reſpicere, licet ipſa pecunia non interue niat. Nam ſi ego tibi mille promittã pro tuis mercibus, ea lege, vt in ſolutum accipias meas merces mille ęſtimatas: nihil videtur proponi: cur non debeat ea ſpecies contractus, ſecundũ Sabini & Caſij ſententiam, pro modo emptionis & ven ditionis haberi? Planè, ſi quis Caſius, q̃s Sabinus, qui diuerſæ ſcolæ authores fuerint, libeat cognoſcere: eſt in manibus Pomponius [f] Iureconſultus, qui rẽ omnem ordine perſequitᷓ his fermè verbis.

f.l.2. ff. de orig Iur.

Poſt hunc maximę authoritatis fu erunt Ateius Capito, qui Ofilium ſecutus eſt: & Antiſtius Labeo, qui omnes hos audiuit: inſtitutus eſt au tem à Trebatio. Ex his Ateius con ſul fuit. Labeo noluit, cùm offerretur ei ab Auguſto cõſulatus, quo ſuffectus fieret, & honorem ſuſciperet: ſed plurimum ſtudiis operã dedit: & totum annum ita diuiſerat, vt Romę ſex menſes cum ſtudi oſis eſſet, & ſex menſibus ſecederet

& con

& conſcribendis libris operam daret: itaq; reliquit quadraginta volumina, ex quib. plurima inter manus verſantur. Hi duo primùm veluti diuerſas ſectas fecerunt, nam Ateius Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perſeuerabat: Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ fretus, quod præ cæteris ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit, & ita Ateio Capitoni Maſurins Sabinus ſucceſsit, Labeoni Nerua, qui adhuc eas diſſenſiones auxerunt. Nerua familiariſsimus Cæſaris fuit, Maſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publicè primus reſpondit; poſtea q̃ hoc beneficium cepit à Tyberio Cæſare.

Hactenus Pomponius. Nã ſi plura fortè cupias cognoſcere, ſunt in manibus paſsim ij. qui de vitis Iureconſultorum conſcripſere. Nunc verò redeat vnde deflexa eſt oratio. Caſij ego & Sabini ſententia fuit: etiam in alijs rebus precium conſiſtere poſſe, quàm in pecunia nume-

rata ſequitur. VNDE ILLVD EST QVOD VVLGO DICEBATVR, PERMVTATIONE RERVM EMPTIONEM ET VENDITIONEM CONTRAHI, quaſi nimirum emptionis nomine, tanquam genere, contineatur permutatio, tanquã ſpecies. Sequitur, EAMQVE SPECIEM EMPTIONIS ET VENDITIONIS VETVSSIMAM ESSE, ARGVMENTOQVE VTEBANTVR GRAECI POETAE HOMERI, QVI ALIQVAM PARTEM EXERCITVS ACHIVORVM, VINVM SIBI COMPARASSE AIT, PERMVTATIS QVIBVSDAM REBVS. HIS VERBIS:

Νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι.
Ἔυθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί.
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Quanta fuerit Homeri authoritas, demonſtrãt nõ ſolũ varia Iuris loca, vt de donatiõe [g], de adulterijs [h], de cõſanguinitate & affinitate [i]: verũ etiã cæteri oẽs authores, qui tũ nodũ omnium diſciplinarum eum vocant, tum patrem ſapientiæ. Sed cũ poëtarũ propriũ ſit imitari,

[g] l. j. ff. de mor. cauſ. donat.
[h] l. ſi vxo. ff. de adul.
[i] l. non facilè. ff. de conſang. & aff.

& nunc

& nunc ex horum,nunc ex illorũ ſenten tia loquiť:vix eſt,vt certi aliqd,&in quo pedem figere poſsis,ab ijs habere queat, quemadmodum eſt apud Platonem: qui tamen ipſe tanti fecit Homerum, vt vix putem vllum apud eum exſtare dialogũ in quo non illius verſibus vtať. Ait Imp. DIVERSAE SCHOLAE AVTHORES CONTRA SENTIEBANT, ALIVDQVE ESSE EXISTIMABANT, PERMVTATIONEM RERVM. ALIVD EMPTIONEM ET VENDITIONEM: Ratio ab abſurdo, ALIOQVI NON POSSE REM EXPEDIRI PERMVTATIS REBVS, QVAE VIDENTVR RES VENISSE, ET QVAE PRECII NOMINE DATA ESSE. Ratio rationis. NAM VTRVMQVE VIDERI ET VENISSE ET PRECII NOMINE DATAM ESSE RATIONEM NON PATI. Licet enim vna & eadem res intuitu diuerſorum,plures & eas contrarias qualitates habere poſsit:tamen reſpectu eiuſdem emptionis & venditionis,nõ poteſt fieri,vt idem ſit & merx & precium, nõ magis quàm ſi idem velis, & menſuram eſſe & illud quod menſuretur, idque vno & eodem tempore, ſiue vnum

& eũdem, & patrem & filium eſſe, reſpe ctu eiuſdem, Et ſi occurras, nihil prohi- bere, quò minùs rem tuam emam centũ illa conditione, vt ſolutioni cedat mea res, itidem centũ æſtimata: reſpondebi- tur, nõ permutationẽ in eo caſu fieri, ſed duas emptiones & vẽditiones, propter ſcilicet commemorationẽ & mentionẽ pecuniæ, quæ efficit, vt nõ nuda rerum pro rebus fiat æſtimatio, ſed vera vltro citroq; vẽditio, in qua, quia breui manu res ſoluitur pro pecunia, quædam quaſi ſpecies përmutatiõis repræſentatur. Ait Imp. SED PROCVLI SENTENTIA DICENTIS PERMVTATIONEM PROPRIAM ESSE SPECIEM CON- TRACTVS A VENDITIONE SEPA RATAM, MERITO PRAEVALVIT, CVM ET IPSE ALIIS HOMERICIS VERSIBVS ADIVVARETVR, ET VALIDIORIBVS RATIONIBVS ARGVMENTARETVR, QVOD ET ANTERIORES DIVI PRINCIPES ADMISERVNT, ET IN NOSTRIS DIGESTIS LATIVS SIGNIFICATVR. Ratio quibus Proculi & Proculianorum ſententia fundatur, iam iam eſt expo- ſita: ſed qui nam ſint illi Homerici verſ⁹,

quibus

quibus & illi ſe contēderint iuuari, multum video à doctis ambigi, niſi fortè ſint ea partè corporis Homeri, cui titulus eſt, (nam ſolent veteres, certis titulis Homerum diſtinguere, quemadmodū author eſt AElianus) λύτρα, ſub quo titulo tractatur de redemptione corporis Hectoris ab Achille, de quo Virgilius. Exanimumq́ue auro corpus vendebat Achilles.

DE EFFECTV EMPTIONIS ET VENDITIONIS.

IMper. ait, QVM AVTEM EMPTIO AC VENDITIO CONTRACTA SIT. (QVOD EFFICI DIXIMVS, SIMVLATQVE DE PRECIO CONVENERIT, CVM SINE SCRIPTVRA RES AGITVR) PERICVLVM REI VENDITAE STATIM AD EMPTOREM PERTINET, TAMETSI ADHVC EA

RES EMPTORI TRADITA NON SIT.
Etſi enim ſecundum cõmunem regulã, vnaquęque res pereat ſuo domino [a]: tamen, quia is qui rem aliquam vendidit, ſpeciei debitor eſt, non generis: & quia debitor ſpeciei, ſi quidẽ ea ſpecies ſine eius culpa intereat liberatũ [b], rectè dicitur, periculũ rei vẽditæ ad eũ qui emit redundare, non tam quidẽ, quia non primo & principaliter perit venditori, qui vtique adhuc dominus eſt rei venditæ, quàm propter ipſam, quam dicimus, debitoris liberationem, quod quidẽ etiam atque etiam nota. Nam quòd periculũ publicationis fundi venditi, ante traditionem, non poſt [c], ad venditorem [d] pertinet, id ſuam propriam & ſpecialem habet rationem: videlicet quia publicatio bonorum, ac direptio hoſtilis, planè perſonalis eſt & facti, nihil habens admodũ iuris, vt ad eius computationem reuocetur, quẽadmodum vel ex eo ſolo licet intelligere, quòd graſſatio hoſtilis nõ extendit ſe latiùs in occupatione fundi, quàm ipſa graſſatur, nulla habita penitus ratione terminorum, qui iure conſtituti ſunt [e]. Et ideo quantum ad hanc quoque ſpeciem attinet, licèt regulari-

a l. incẽdium. C. ſi cer. petat.
b l. ſi ex legati cau. l. ſi ſeruũ. ff. de verb. obligat.
c l. Luci. ff. de euict.
d l. ſi fund. ff. de lo.
e l. ꝙ nemo §. vlt. ff. de acq. poſſ.

gulariter probetur periculum ad emptorem ſpectare, tamen quia id ratione iuris inductum eſt, non poteſt fieri, vt ad cauſam publicationis bonorum, quę in facto conſiſtit, & perſonalis eſt, accōmodetur. Nam id quod facti & perſonale eſt, vtique debet perſonam, quæ corporaliter poſsidet, non verò quæ ius habet, affligere, quod & ipſum velim diligenter attendi. Planè quòd in nonnullis ſpeciebus, etiam extra cauſam publicationis bonorum, ad venditorem periculum recidit, id non alia cauſa fit, quàm quòd nondum plenè perfecta ſit emptio ac venditio, veluti ſi id quod deguſtationem, approbationem, admenſionémue adhuc requirit, in emptione verſetur, tunc enim tandiu ſuſtinet periculum venditor, quam id, quod reſtat peragendum, fuerit peractum f. Ait Imperator. ITAQVE SI HOMO MORTVVS VEL ALIQVA PARTE CORPORIS LAESVS FVERIT, AVT AEDES TOTAE, VEL ALIQVA EX PARTE INCENDIO CONSVMPTAE FVERINT, AVT FVNDVS VI FLVMINIS TOTVS VEL ALIQVA EX PARTE ABLATVS SIT, SIVE ETIAM INVNDATIONE

f l. ædiles. ff. de ædil. edict. l. ℘ ſup. ff. de cōtra. ēpt. l. ſi quādo. ff. de peri- cul. & cō- mod.

AQVE,

AQVAE, AVT ARBORIBVS TVRBINE DEIECTIS, LONGE MINOR AVT DETERIOR ESSE COEPERIT: EMPTORIS DAMNVM EST: CVI NECESSE EST, LICET REM NON FVERIT NACTVS, PRECIVM SOLVERE; Ratio adijcitur, QVICQVID ENIM SINE DOLO ET CVLPA VENDITORIS ACCIDIT, IN EO VENDITOR SECVRVS EST. Debitor enim (vt diximus) ſpeciei, eius interitu liberatur. Sed cur tenetur de dolo? quia dolus nuſquam debet permanere impunitus g. Cur de culpa? quia contractus emptionis & venditionis nó conſtituitur vnius gratia, quemadmodum depoſitum: ſed duorum h, quemadmodum pignus. Verùm qualis tantùm eſt illa culpa, de qua tenetur? primùm lata, quę prope dolum eſt: Deindè leuis, quæ in repræhenſionem cadere poteſt. Denique leuiſsima, quæ probatam diligentiam continet, non verò quæ prope caſum fortuitum eſt: nam quemadmodum meritiſsimò excuſatur ab hac venditor: ita eam ſuſtinere i omnino debet ob id, quòd quaſi pignoris loco rem teneat, donec precium fuerit exo-

g l.j.ff. de dol.

h l. ſi vt certo. ff. commodat.

i l. cuſtodiã. ff. de peric. & commod.

exolutum [k]. Notandum autem eſt, in his exemplis proponi varia genera eorum, quæ rebus accidere poſſunt: & item varias eſſe res, quibus aliquid contingere poſsit. Ait Imperator. SED ET SI POST EMPTIONEM FVNDO ALIQVID PER ALLVVIONEM ACCESSERIT, AD EMPTORIS COMMODVM PERTINET: Ratio ſubijcitur, NAM ET COMMODVM EIVS ESSE DEBET, CVIVS EST PERICVLVM, propter regulam quæ habet. Secundum naturam eſt, commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda l. Ait Imperator. l l.ſerui.ff. de reg Iur. QVOD SI FVGERIT HOMO, QVI VENIIT, AVT SVRREPTVS FVERIT, ITA VT NEQVE DOLVS, NEQVE CVLPA VENDITORIS INTERVENERIT, ANIMADVERTENDVM ERIT, AN CVSTODIAM EIVS VSQVE AD TRADITIONEM VENDITOR SVSCEPERIT. Quia enim caſus fugæ ſeparationem habet ab alijs caſibus, in quibus nulla requiritur obſeruatio, rectè animaduerſum eſt, non poſſe eum, ſua natura ſimpliciter definiri: ſed priùs ſpectandum eſſe, quid conuene-

uenerit, & ſi id non appareat, tunc demum generaliter decidendum. Nam nos & aliàs admonuimus, Iureconſultos in his quæ plana ſunt & aperta, ſimpliciter ſuam ſententiam interponere: In his verò, quæ dubiam quandam & ancipitem viam ac rationem habent, commonefacere, vt in id quod actum ſit inter contrahentes, vel ad circunſtantias, priùs reſpiciatur: & ſi de ijs nihil appareat, vti nunc demum propter neceſsitatem ad generalem aliquam deciſionem deſcendatur [m], Ait itaq; Impera. SANE ENIM SI SVSCEPERIT, AD IPSIVS PERICVLVM IS CASVS PERTINET. Contractus enim ex conuentione legem [n] capiunt. Sequitur, SI NON SVSCEPERIT, SECVRVS EST, propter generalem regulam, quam vix in hac ſpecie obtinere poſſe, ſignificat hoc, quòd priùs dictum eſt, videndum eſſe, quid actum ſit. Sequitur, IDEM ET IN CAETERIS ANIMALIBVS CAETERISQVE REBVS INTELLIGIMVS. Licèt enim nonnihil ſit diſcriminis inter fugam ſerui, cuius cuſtodia difficilior eſt, & bruti animalis: tamen de modicis non eſt ſolicitus legiſlator.[o] Et ne

m l. vēditor. ff. de hæred. vel act. vēdit. l. vlt. ī pri. ff. ad. l. Rhod. de iact. l. nūmis. ff. de leg. 3. iūct. l. cum certum ff. de vin. tritic. & ol. leg.
n l. j. ff de poſ.
o l. ſcio. de in integ. reſt.

Et ne tenuis illa ſeparatio cauſarum, ſcrupuloſiorem fortè aliquem decipiat, ideo expreſsim fit eorum hoc loci mentio. Sequitur, VTIQVE TAMEN VENDICATIONEM ET CONDICTIONEM EXHIBERE DEBEBIT EMPTORI, vt tam perſonali actione pro ea re recuperanda vti poſsit, quàm in rem: videlicet vt ſaltem id præſtet venditor, quod poſsit, & cùm rem non habet, ad minus id quod loco rei ſit, qualis eſt actio, exhibeat. Nec eſt quod multum dubites, cur à venditore mandari debeant emptori actiones ad hoc vt agere poſsit, cùm alioqui non poſſet: quia ſanè vt ſubdit Iuſtinianus, QVI NONDVM REM EMPTORI TRADIDIT, ADHVC IPSE DOMINVS, eſt & acquirit directas eo nomine actiones, quas quidem mandare debet ex empto iudicio, non minùs, quàm rem præſtare, ſi eam adhuc haberet. Sequitur, IDEM ETIAM EST DE FVRTI DE DAMNI INIVRIAE ACTIONE. Quanquam enim ad ipſam rem non pertineat, tamen propter acceſsionem, debet in eandem reputationem venire P, ne quid

p l. argũ. l. excõtractũ b'. ff. de act.

quid commodi abſit emptori, propter rei interitum.

DE FORMA EMTIONIS ET VENDITIONIS.

DIcit Impera. EMPTIO TAM SVB CONDITIONE, QVAM PVRE CONTRAHI POTEST. eſt enim & iuriſgentium, & iuris mercatus, quæ duo faciunt, vt liberior eſſe debeat: aliter verò obſeruatur in his, quæ cauſam in iudicio ligitimã habẽt, de quibus aliàs meminimus q. Ait Imperator. SVB CONDITONE VELVTI SI STICHVS INTRA CERTVM DIEM TIBI PLACVERIT, SIT TIBI EMPTVS AVREIS TOT. Sed nónne videtur hîc res conferri in alterius cõtrahentium arbitrium? quod non licet? cùm ſint contraria, obligatum eſſe, & liberam habere voluntatem r? Verius eſt, hanc quæſtionem ſic eſſe terminandam, vt ſiquidem vel tota obli-

q l. act᷑. ff. de re. Iur.

r l. ꝙ ſæpe ff. eod. l in vẽdentis. C. eod.

obligatio conferatur in arbitrium alterius contrahentium, vel ipſa ſubſtantia, veluti, ſit hæc res tibi empta, ſi velis, vel quanti volueris, vt inquam nihil agatur: ſed ſi certo ſtatuto precio, ſpatium aliquod quaſi deliberationis irrogetur, vt nihil officiat conditio, quò minùs conſtet obligatio, quia ſcilicet multa valent per conſequentiam, quæ directo non procedunt.

DE REBVS QVAE IN EMPTIONEM ET VENDITIONEM CADVNT.

AIt Imper. LOCA SACRA VEL RELIGIOSA, ITEM PVBLICA, VELVTI FORVM, BASILICAM, FRVSTRA QVIS SCIENS EMIT, Eſt enim in huiuſmodi actu talis ementis cogitatio, vt nihil agi exiſtimet, eò, quòd cõmercijs hominũ exemptum ſit & dominijs [a]. Vt iam illud prætercam, quòd in magnum dedecus ſe deducit & turpitudinem, qui id

a l. nõ ſolũ. ff. de act.

quod in commercio non eſt,mercatur. Sequitur QVAE TAMEN SI PRO PROPHANIS, VEL PRIVATIS DECEPTVS A VENDITORE QVIS EMERIT, HABEBIT ACTIONEM EX EMPTO, QVOD NON HABERE EI LICEAT, VT CONSEQVATVR, QVOD SVA INTEREST, EVM DECEPTVM NON ESSE:Ratio eſt, quia cum difficilè dinoſcatur res ſacra vel publica à prophana vel priuata:promouendi mercatus gratia,intereſt reipublicę vt ſi non in totũ poſsit ſuſtineri huiuſmodi emptio, vtpote quia împoſſibilis eſt hatum rerum traditio:ſaltem, quantum ad id quod intereſt, ſuſtineatur: quemadmodum & in ſuperioribus,vberiùs eſt à nobis explicatum. Nam quòd exuſtæ domus nulla penitus eſt emptio [b]: propter naturalem rei abſentiam eſt comparatum, quod quidem aliter ſe habet in ſacris & publicis, quę licet exempta ſint dominiis noſtris, tamẽ in rebus humanis eſſe,à nullo ſanę mentis negari poſſunt, Sed cur ſpectamus ignorantiã emptoris potiùs, quàm venditoris? An quia negotiatio, quemadmodũ inquit Paulus [c],in emptione magis cõſiſtit quã vendi-

b.l.dominiſi.codẽ

c l.venditor.ff.de hęred. vel act vend.

venditione? haud aliter atq; verborum obligatio, in ſtipulatione potiùs quàm reſponſione? Et certè ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit vẽditor, ſi modò re ipſa deceptus ſit emptor, quemadmodum & in venditione, vltra dimidium iuſti precij dicimus, peræquè tenetur. Ait Impera. IDEM IVRIS EST, SI HOMINEM LIBERVM PRO SERVO EMERIT, propter ſcilicet eandem rationem d. Nã quòd filijfamiliarum vẽdi poſſunt, propter ſummam patrum in eos poteſtatem eſt comparatum e. Et quòd liber homo ad precium participandum ſe venundari pati poteſt: tum ex probabili emptoris ignorantia proficiſcitur: tum ex eo, quod neque venditor, neq; is qui ſe paſſus eſt vendi, ſuam in iure turpitudinem allegare poſsit f, quod nota.

d l. & liberi. ff. de cõtrah. emp.
e l. in ſuis. ff. de lib. & poſth.
f l. mercalẽC. de cõdict. ob turp. cauſ.

De locatione & conductione.

LOCATIO & conductio proxima eſt emptioni & venditioni, iiſdemq́; iuris regulis cõſiſtit: nam vt emptio & venditio ita contrahitur, ſi de precio conuenerit: ſic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, ſi merces conſtituta ſit: & competit locatori quidem locati actio, conductori verò conducti. Et quæ ſupra diximus, ſi alieno arbitrio pretiũ permiſſum fuerit, eadem & de locationè & condictione dicta eſſe intelligimus, ſi alieno arbitrio merces promiſſa fuerit. Qua de cauſa ſi fulloni polienda curandáue, aut ſarcinatori ſarcienda veſtimenta quis dederit, nulla ſtatim mercede cõſtituta,

tuta, ſed poſtea tantū daturus, quā tum inter eos conuenerit,non pro priè locatio & conductio cótrahi intelligitur, ſed eo nomine actio præſcriptis verbis datur. Præterea ſicut vulgò quærebatur, an permu tatis rebus emptio & venditio có trahatur:ita quæri ſolebat de loca tione & conductione,ſi fortè rem aliquam vtendam ſiue fruendam tibi aliquis dederit,& inuicem à te vtendam ſiue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit non eſſe loca tionem & conductionem,ſed pro prium genus contractus: veluti ſi cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum,placuerit in- ter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus face rent, & apud alterum alterius bos perierit:neque locati,neq; condu- cti, neque commodati competit actio:quia non fuit commodatū gratuitum, verùm pręſcriptis ver-

bis agendum eſt. Adeò autem aliquam familiaritatem inter ſe videntur habere emptio & vēditio, item locatio & conductio: vt in quibuſdá cauſis quæri ſoleat, vtrū emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio: vt ecce de prædiis, quæ perpetuo quibuſdam fruenda traduntur, id eſt, vt quandiu penſio ſiue redditus pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neque hæredi eius, cuíue conductor hæréſue eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, alióue quocunque modo alienauerit, auferri liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio, à quibuſdā venditio exiſtimabatur: lex Zenoniana lata eſt, quæ emphytheuſeos contractus, propriam ſtatuit naturam, neque ad locationem, neq; ad venditionem inclinantem, ſed

ſuis

ſuis pactionibus fulciendam.: & ſi quidem aliquid pactũ fuerit, hoc ita obtinere,ac ſi naturalis eſſet cõtractus:ſin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc ſi quidem totius rei interitus acceſſerit, ad dominum ſuper hoc redundare periculum : ſinautem particularis,ad emphyteuticarium huiuſmodi dãnum venire,quo iure vtimur.Item quęritur,ſi cum aurifice Titius cõuenerit,vt is ex auro ſuo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret,& acciperet (verbi gratia) decem aureos: vtrùm emptio & vẽditio,an locatio & conductio cõtrahi videatur?Caſsius ait,materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi:operæ autẽ locationem & conductionẽ:ſed placuit tãtũ emptionẽ & vẽditionẽ cõtrahi. Quod ſi ſuũ aurũ Titius dederis, mercede pro opera conſtituta:dubium non eſt, quin locatio & cõ

ductio ſit. Conductor autē omnia ſecundum legem conductionis facere debet, & ſi quid in lege prȩter miſſum fuerit, id ex bono & ȩquo præſtare. Qui pro vſu aut veſtimentorum, aut argenti, aut iumenti mercedem aut dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſsimus paterfamilias ſuis rebus adhibet: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito eam rem amiſerit, de reſtituenda ea non tenebitur. Mortuo conductore intra tempora conductionis, hȩres eius eodem iure in conductione ſuccedit.

TITV-

TITVLVS.

LOcationis nomen à loco collatum eſt, ſecundum Marcum Terentium Varroné: quaſi ſcilicet is qui locum alicui ac ſedem cõcedit, locare dicatur. Conductionem autem vnde veteres appellarint, ſatis per ſe notum eſt: nam conducibile vocamus illud, quod vſum & vtilitatem de ſe præbet, ponitur que conductionis vocabulum propriè in eo, qui commodum rei ac fructum percipit. Et qui rem cõcedit: locare: qui pecuniam numerat, conducere dicitur. Quanquam tamen nonnunquam fiat, vt promiſcua ſit vtriuſque vocis in iure noſtro functio, quemadmodũ & in emptione ac venditione relatum eſt [a]. Et qui opus aliquod perficiendum ſuſcipit, conducere opus: qui verò procurat, locare, tum apud Iureconconſultos [b], tum etiam apud alios paſsim authores, dici ſolet.

a l. veteres cũ. l. ſeq. ff de act. ẽpt.

b. l opus. ff eodem.

DE NATVRA LOCATIONIS ET CONDVCTIONIS.

IMp. Ait. LOCATIO ET CONDVCTIO PROXIMA EST EMPTIONI ET VENDITIONI, IISDEMQVE IVRIS REGVLIS CONSISTIT. Quod proxima dicitur, ſignificat, in locatione & conductione ſimilitudinem quandam emptionis ac venditionis repræſentari: idq́; haud alio modo, atque in filiofamilias[a], ſerui; in precario, cõmodati[b]: in mortis cauſa donatione, legati[c] ſimilitudo continetur. Nam quod precium eſt in vno, hoc locariũ ſiue pẽſio eſt in altero: quod res quæ venditur in illo, hoc vſus ſiue commodũ rei in iſto. quod autem additur, iiſdem iuris regulis contineri, demonſtrat, non ſolùm exteriore quadam forma, ſe mutuò contingere locationem & venditionem, verùm etiam interiore quæ iuris eſt, quæq́ue quaſi vitam exteriori tribuit. Nam eſt & in alijs inuenire, vt duo quędam non omnino diſsimilè naturã habeant: quis enim ignorat, precarium & cõmodatum non

a. §. j. infrà cum eo.
b l. ff. de p.
ſe §. j. Inſ. de donat.

ita

non ita multum natura diſcrepare? ſed quàm diuerſis Iuris regulis comprehendantur, peræquè notũ eſt. Ergo iſta, duo ſunt, natureæ propinquitatẽ habere, & ijſdẽ Iuris regulis contineri. Sed id quẽadmodũ ſe habeat in emptione ac cõductione mõſtratur, tum à natura vtriuſque tum ab actionibus indè competentibus. Ait Imp. NAM VT EMPTIO ET VENDITIO ITA CONTRAHITVR, SI DE PRECIO CONVENERIT: SIC ETIAM LOCATIO ET CONDVCTIO ITA CONTRAHI INTELLIGITVR SI MERCES CONSTITVTA SIT, videlicet vt ex mercede ſubſtantiam capiat locatio, quemadmodum emptio ex precio. Et vocatur quidẽ preciũ ſecundũ Noniũ ab eo, quod quaſi præeat ac demonſtret, quis ſit cuiuſq; rei valor ac dignatio, quẽadmodũ loquitr Iure conſultus. Merces verò, à merendo nominata eſt, ducto nomine ab ijs, qui operas ſuas locant. Sequitur, ET COMPETIT LOCATORI QVIDEM LOCATI ACTIO, CONDVCTORI VERO CONDVCTI quemadmodum emptori ex empto, venditori ex vendito, quod certè non contingit in vllis,

alijs

alijs contractibus. Nam aut competunt duæ quidem directæ actiones, ſed eiuſdem nominis, vt in ſocietate: aut vna directa, & altera contraria, vt in commodato, depoſito, pignore, mandato; aut duæ directæ diuerſorum nominum, vt in hiſce duabus obligationibus empti & cõducti. Nam quantum ad ſtipulationem, literarum obligationem, & mutuum attinet, in ijs conſtat, vnam tantum dari actionem à parte creditoris. Ait Imper. ET QVAE SVPRA DIXIMVS, SI ALIENO ARBITRIO PRECIVM PERMISSVM FVERIT, EADEM ET DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE DICTA ESSE INTELLIGIMVS, SI ALIENO ARBITRIO MERCES PERMISSA FVERIT, nimirum, propter eandem rationẽ quẽadmodum in ſuperioribus latiùs eſt expoſitum e. Sequitur, QVA DE CAVSA, SI FVLLONI POLIENDA CVRANDAVE, AVT SARCINATORI SARCIENDA VESTIMENTA QVIS DEDERIT, NVLLA STATIM MERCEDE CONSTITVTA, SED POSTEA TANTVM DATVRVS, QVANTVM INTER EOS CONVENERIT: NON PROPRIE LOCATIO ET CONDV-

e. l. ſi merces. ff. eo.

CTIO CONTRAHI INTELLIGITVR, SED EO NOMINE ACTIO PRAESCRPTIS VERBIS DATVR, meritò ſanè: nam quia nullum ſtatuitur à primordio certum precium, (quod vti quę iam dictum eſſe neceſſarium) non ſufficit formula locationis & conductionis. Quia verò res vergit tamen ad ſimilitudinem quandam & ſpeciem locationis & conductionis, propter commemorationem precij poſtea conſtituendi, rectè tribuitur ea actio, quæ præſcriptis verbis vocatur, quod certè non admitteretur, ſi nihil aliud negotium contineret, quam facio vt des: Nam cum reliqui omnes cōtractus anonymi, vt do vt des, do vt facias, facio vt facias, imitationem quandam & ſimilitudinem habeant eorum contractuum, qui certum iam nomen ſunt adepti, veluti emptionis, venditionis, locationis, conductionis, mandati: rectè confertur in ijs genus illud actionis, quod preſcriptis verbis in factū vocatur, quodque ad imitationem earum actionum, quę ſuum nomen habét, ſit expreſſum. Sed in contractu facio vt des, quoniam nullum genus repreſentatur eorum contractuum, qui ad certam

ſpeciem

ſpeciem ac nomen ſunt redacti, bene animaduerſum eſt non poſſe fieri, vt vlla actio ciuilis, quæ preſcriptis verbis dicatur, quæque formulam certe alicuius actionis imitetur, competat. Cui porrò conſequens eſt, nihil aliud reſtare, quàm vt in eam actionem, quæ de dolo vocetur, quæque reliquis omnibus deficientibus demum locum habere ſoleat, decurratur [f], quod quidem diligenter puto adnotandum. Nam ſi de mandati actione dubites, ea demum ita competit in ſpecie propoſita, ſi gratuito ſuſceptum ſit negotium [g]. Ait Imperat. PRAETEREA SICVT VVLGO QVAEREBATVR: AN PERMVTATIS REBVS EMPTIO ET VENDITIO CONTRAHATVR: ITA QVAERI SOLEBAT DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE, SI FORTE REM ALIQVAM VTENDAM SIVE FRVENDAM TIBI ALIQVIS DEDERIT, ET INVICEM A TE VTENDAM SIVE FRVENDAM ALIAM REM ACCEPERIT: ET PLACVIT NON ESSE LOCATIONEM ET CONDVCTIONEM, SED PROPRIVM GENVS CONTRACTVS. VELVTI SI CVM VNVN QVIS BO-

f. vid. l. naturalis. ff. de præſcr. verb.

g. l. ſi tibi polienda. ff. de præſ. verb.

BOVEM HABERET, ET VICINVS EIVS VNVM, PLACVERIT INTER EOS, VT PER DENOS DIES INVICEM BOVES COMMODARENT, VT OPVS FACERENT, ET APVD ALTERVM ALTERIVS BOS PERIERIT: NEQVE LOCATI, NEQVE CONDVCTI, NEQVE COMMODATI COMPETIT ACTIO: QVIA NON FVIT COMMODATVM GRATVITVM, VERVM PRAESCRIPTIS VERBIS AGENDVM EST, propter ſcilicet ſimilitudinem tum ſocietatis, tum verò locationis & conductionis: nam quemadmodũ in permutatione relucet ſpecies quædam emptionis & venditionis, ita in hoc genere negotij cõtrahendi res nõ lõgè abeſt à locatione & cõductione, licet tamen reuerà pro modo eius nõ ſit: vt pote cũ intelligi nequeat, vter locator, vter conductor dici debeat. Si enim modò id fieri poſsit, non requirimus ampliùs vt in pecunia numerata merces cõſiſtat, ad hoc vt locatio ſit, & conductio. Nam & colonum eum dicimus, qui non ad penſionem aut numos colit, ſed qui partiarius[h] ſit: & item eum qui non pecunia

h.l.ſi mer. .§.vis mai or.ff.locat

i.'l. ſi olei. C.eodem.

ſed olei certa i ponderatione, fructus anni conduxit, quod nota. Nam emptio ac venditio non poteſt ideo ſine precio in pecunia numerata conſiſtente intelligi, quia alias expediri nunquam poteſt, vter emptor, vter venditor ſit, quod hîc paulò ſecùs eſt. Ait Imperator. ADEO AVTEM ALIQVAM FAMILIARITATEM INTER SE VIDENTVR HABERE EMPTIO ET VENDITIO, ITEM LOCATIO ET CONDVCTIO: VT IN QVIBVSDAM CAVSIS QVAERI SOLEAT, VTRVM EMPTIO ET VENDITIO CONTRAHATVR, AN LOCATIO ET CONDVCTIO: VT ECCE DE PRAEDIIS QVAE PERPETVO QVIBVSDAM FRVENDA TRADVNTVR, ID EST, VT QVANDIV PENSIO SIVE REDDITVS: PRO HIS DOMINO PRAESTETVR, NEQVE IPSI CONDVCTORI, NEQVE HAEREDI EIVS, CVIVS CONDVCTOR HAERESVE EIVS ID PRAECIVM VENDIDERIT, AVT DONAVERIT, AVT DOTIS NOMINE DEDERIT, ALIOVE QVOCVNQVE MODO ALIENAVERIT, AVFEERRE LICEAT.

Hactenus

Hactenus quippe videtur eſſe locatio ac conductio, ſi dominum adſpicias, quod manet apud eum qui fundum concedit, & item ſi ſingulorum annorum penſiones, quæ demonſtrant, non veniſſe rem vno aliquo certo precio. Et quod occurri poteſt de perpetuitate temporis, nihil mutat, quoniam tempus non eſt magis modus transferendæ obligationis de vna ſpecie in aliam, quàm tollendæ[k] aut inducendæ. Hactenus per contrarium, ad emptionem & venditionem ſpectare videtur, ſi ad hoc te referas, quòd ita res abalienatur, vt nulla vnquam certa ſpes ſit reuerſionis dominij ad eum qui rem conceſcit: nec cómouet, verò quòd non vnum precium conſtituitur: nam quẽad modum vna eſt ea ſtipulatio, in qua decem annua promittuntur[l], ita etiã vnum videtur precium, quod in perpetuũ eſt: & ſingulis annis præſtandum. Et quòd res in dominium concedentis redit, ſi penſionibus non pareatur: nó eſt contra naturã emptionis & venditionis, vtpote cùm quotidie ſic contrahamus, vt, ſi ad diem pecunia non ſoluatur, in irritũ deducatur id quod actum eſt[m]. Ait Imper. SED TALIS CONTRACTVS QVIA

k. l. obl. ff. de act.

l. l. ſi Stichũ. ff. de ver. obli.

m l. 2. ff. de l. cõmiſſo.

INTER VETERES DVBITABATVR, ET A QVIBVSDAM LOCATIO. A QVIBVSDAM VENDITIO EXISTIMABATVR : LEX ZENONIANA LATA EST, QVAE EMPHYTEVSEOS CONTRACTVS PROPRIAM STATVIT NATVRAM, NEQVE AD LOCATIONEM, NEQVE AD VENDITIONEM INCLINANTEM, SED SVIS PACTIONIBVS FVLCIENDAM. Cùm enim paria ſint argumentorum hinc indè pondera, vti iam monſtrauimus, non poteſt inclinari, vt res vel ad emptionem pertineat, vel ad locationem: nam in ambiguis neutrum eſt [n], ſed eſt neceſſarium, vt tertia quædam per ſe ſit ſpecies, quæ ſuam propriam naturam habeat, ſi fortè nihil conuentum ſit: vel ſi in inſtrumentũ includi eam oporteat, vti ſuis proprijs & ſeparatis pactionibus & formulis fulciatur: quemadmodum & in æſtimatoria actione [o] videmus, & item in ea ſpecie, in qua vicinus vicino bouem ſuum concedit, vt iterum eius bouem ſibi conceſſum habeat, vt iam dictum eſt, quod bene nota: Nam indè colligimus, etiam anonymos contractus, proprium ſuum

n. l. 3. ff. de reb. dub.

o. l. 1. ff. de æſtimat.

ſuum genus dici habere. Ait Imperator. ET SIQVIDEM ALIQVID PACTVM FVERIT, HOC ITA OBTINERI, AC SI NATVRALIS ESSET CONTRACTVS. In quo regula eſt, conuentionem dare legem contractui p, quod non obtinet in eo negotio, quod non eſt naturale, in quo rigorem Iuris conſtituti ſequimur. Et vocamus quidem naturalem cõtractum eum, qui iuris gentium ſit, & apud omnes peræque gentes obtinet: nec naturalem illum, qui ciuilis, & ſuis certis limitibus ac regionibus diſtinctus ſit ita vt neque acceſsionem habeat, neque deceſsionem, Nam ſi ita ſtipulatio fuerit facta, ſi culpa tua diuortium fuerit factum, dari. nulla eſt ſtipulatio: quia contenti eſſe debemus pœnis legibus q compræhenſis. Ideo autem obtinet in hoc contractu, vt pacta legem ei dicant, licet à Bizantijs primùm cœperit, & minimè ſit naturalis: quia ſcilicet medius eſt inter duos naturales, emptionem nimirum & locationem: & quia perſæpe fit, vt id quod primùm ciuile eſt, & vnius tantùm ciuitatis, pòſt deindè ad reliquas gentes omnes porrigatur, quemadmodum & in acceptilatione

p. l. j. ff. de poſit.

q. l. ſi ita ſtipulatio ff. de ver. oblig.

bitanter talis eſt, vt ſi eo tempore quo domus vendatur, pars eius exſtet, licet integra non ſit, nihilominus valeat id quod agitur[v]. Et ratio quidem eſt, quia quandiu pars aliqua ſupereſt, tandiu vti que verum eſt, rem concedi. Et ſi cõque raris non tantum tibi ex ea parte refici, quantum penſionib. ſufficiat: reſpondebitur, id nihil curandum eſſe, propter perpetuitatem, vtpote cùm proceſſu tẽporis poſsit fieri, vt id, quod nunc vix canoni reſpondeat, pòſt deinde duplo, triplo, quadruplo amplius producat, quod eſt veriſsimum[a]. Illa verba; QVO IVRE VTIMVR, ſignificant, etiam vſu forenſi comprobatum id eſſe, quod dictum eſt. Ait Imperator. ITEM QVAERITVR, SI CVM AVRIFICE TITIVS CONVENERIT, VT IS EX AVRO SVO, CERTI PONDERIS CERTAEQVE FORMAE ANNVLOS EI FACERET, ET ACCIPERET VERBI GRATIA DECEM AVREOS, VTRVM EMPTIO ET VENDITIO, AN LOCATIO ET CONDVCTIO CONTRAHI VIDEATVR? CASSIVS AIT, MATERIAE QVIDEM, EMPTIONEM ET VENDITIONEM CON-

v. l. domũ. ff. de. cõtr. empt.

a. vid. l. j. & 2. C. de Iur. emph.

TRAHI: OPERAE AVTEM, LOCATIONEM ET CONDVCTIONEM. Quo enim modo, eiuſdem rei nomine, commodati ſimul ac furti agi poteſt[b]: eodem etiam videtur, vnum & idẽ pretium partim ad materiam, partim ad manus precium referri poſſe, quæ certè ratio Caſsium commouit. Sequitur, SED PLACVIT TANTVM EMPTIONEM ET VENDITIONEM CONTRAHI. Cùm enim forma cedat[c] materiæ, & de materia indubitatum ſit eam vendi: vtiq; cõueniens eſt, vt totus actus pro vnica emptione ac venditione accipiatur, licèt ea emptio ac venditio quandam quaſi locati & conducti legem habeat, quẽadmodũ depoſitum ſubinde mãdati formam in ſe continet, & contra[d]. Nec turbat verò, quod, ſi aream tibi dem, vbi mihi de tua materia inſulam ædifices, locatio & conductio ſit, licèt materia domus abs te proficiſcatur: non turbat inquam quia tunc à me ſubſtantia, id eſt ipſum ſolum ſubiectum proficiſcitur[e]. Sequitur, QVOD SI SVVM AVRVM TITIVS DEDERIT, MERCEDE PRO OPERA CONSTITVTA, DVBIVM

b. l. vt certo. §. plane ff. cõmod.

c. l. in rem. ff. de rei vẽdic.

d. l. §. quod ſi rẽ. ff. depoſi.

e. l. Sabin' ff. de contrah. empt & vendit.

VM NON EST QVIN LOCATIO ET CONDVCTIO SIT, nulla quippe alia de re conuenitur, quàm de manus precio.

DE VI ET EFFECTV LOCATIONIS ET CONDVCTIONIS.

DIcit Imp. CONDVCTOR AVTEM OMNIA SECVNDVM LEGEM CONVENTIONIS FACERE DEBET, nimirùm, quia in omnibus obligationibus pro lege eſt, vt id quod conuentum eſt, præſtetur. f Sequitur: ET SI QVID IN LEGE PRAETERMISSVM FVERIT, ID EX BONO ET AEQVO PRAESTARE DEBET: eſt enim contractus locationis & cõductionis, bonæ fidei g & eſt receptũ, vt in bonæ fidei iudicijs tantundem valeat officium iudicis, quantũ in ſtricti iuris contractibus, nominatim eius rei facta mentio. h Ait Imp. QVI PRO VSV AVT VESTIMENTORVM AVT ARGENTI AVT IVMENTI MERCEDEM AVT DEDIT

f l. ex emto ff. de act. empt.

g ſ. actionũ. infr. de act.

h l. quia tantundẽ ff. de neg. geſt.

AVT PROMISIT, AB EO CVSTODIA TALIS DESIDERATVR, QVALEM DILIGENTISSIMVS PATERFAMILIAS REBVS SVIS ADHIBET: ſic vt non ſolũ culpã vitet, verũ etiã vt laudẽ mereatur, quiquidem ſæpe diligentiſsimus vocatur in vita communi licet tantã diligentiam non teneatur præſtari, vt etiam minimam culpam fugiat, Quia enim nõ ſolius accipientis gratia contrahitur, verum eſt, de leuiſsima culpa eum non teneri: quia verò vtriuſque cauſa conſtituitur contractus, conſequens eſt, vt de ea culpa teneatur accipiens, quę in reprę henſionem cadit, & facit vt pro negligẽte quis reputetur. Quia denique fieri poteſt, vt magnum ſit commodum detentionis rei conductæ, quia ſi ob debitum ſibi à locatore non ſolutum, rem conductam retineat: quo caſu manifeſtum eſt, ex locatione & conductione plus ad cõductorem permanare, quã locatorem: rectè comparatum eſt, vt & diligentiſsimi patrisfamilias officium circa eam rem exhibere debeat, quemadmodum & in venditore, ac pignoratitio creditore ob eandem cauſam diximus. Nam illũ exaudimus hic & alibi [k] diligentiſsimũ,

i. vid. notat. in. l. vlt C. cõmod.

k. l. ſi merces. § qui columnã. ff. eodem

qui

qui non modo culpa vacat, verùm etiam laudem meretur, quod ſanè velim quàm diligentiſsimè notari, propter variationem interpretum, qui vulgò inter res fragiles, & alias, neque lege neq; ratione adiuti, diſtinguunt. Sequitur, QVAM SI PRAESTITERIT, ET ALIQVO CASV FORTVITO EAM REM AMISERIT, DE RESTITVENDA EA NON TENETVR: debitor enim ſpeciei, interitu eius liberatur. Et accipimus quidem caſum fortuitum hoc loci, non ſolùm pro eo, quod forte fortuna contingit, verùm etiam quod leuiſsima culpa. Nam eius verbi functio mutatur pro re ſubiecta, quod non eſt infrequens in iure noſtro. Sequitur MORTVO CONDVCTORE INTRA TEMPORA CONDVCTIONIS, HAERES EIVS EODEM IVRE IN CONDVCTIONEM SVCCEDIT. Videtur namque aliquis non minùs hæredibus ſuis cauere, quàm l ſibi, niſi fòrtè excipias ea, quæ perſonalia ſunt & facti, in quibus probatum eſt, vt eorum reſpectu, etiam conductio cum perſona finiatur m, quod valde quidem nota:

l l. ſi pactū ff. de prob.

m §. is verò. ſuprà de rerū di. ſ. cū in plu res. ff. loca.

nam eius vſus eſt in poſſeſsionibus, quę per colonum, quandiu viuit, retinentur, verùm per hæredem coloni non ſtatim continuantur[n]. Et quòd emptor fundi colono ſtare non cogitur, ex ijſdem quoque principijs eſt profeſtum[o].

n l. ꝙ per colonū ff. de acquir. poſſeſſ.
o l. empt. C. eod.

IOACHI-

IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSVLTI AD IVSTINIANVM DE OBLIGATIONIBVS ΠΕΙΘΑΝΩΝ

Liber quintus.

De ſocietate.

SOCIETATEM coire ſolemus aut totorum bonorum, quã Gręci ſpecialiter κοινωνίαν appellãt: aut vnius alicuiꝰ negotiationis, veluti mancipiorum vendẽdorum emẽdorumq;, aut olei, aut vini, aut frumẽti emẽdi vendendiq;. Et quidem, ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales ſcilicet partes & in lu

pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit: quia ſæpe opera alicuius pro pecunia valet. Et adeò contra Quinti Mutii ſententiam obtinuit, & illud quoque conſtitorit poſſe conuenire, vt quis lucri partem ferat, de damno non teneatur, quod & ipſum Seruius conueniẽter ſibi fieri exiſtimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt ſi in alia re lucrũ, in alia damnũ illatum ſit: compenſatione facta, ſolum quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe. Illud expeditum eſt, ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa, veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno, in altera verò omiſſa: in eo quoque, quod prętermiſſum eſt, eandem partem ſeruari. Manet autem ſocietas eò vſque, donec in eodem conſenſu perſeuerauerint. At cùm aliquis renunciauerit ſocietati, ſoluitur ſocietas. Sed planè ſi

quis

quis callide in hoc renunciauerit ſocietati,vt obueniens aliquod lu-crum ſolus habeat:veluti ſi totorum bonorum ſocius, cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renunciauerit ſocietati,vt hæreditatem ſolus lucrifaceret:cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò aliud lucrifaciat, quod non captauerit: ad ipſum ſolum pertinet. Ei verò cui renunciatum eſt, quicquid omnino poſt renunciatam ſocietatem acquiritur,ſoli cõceditur. Soluitur adhuc ſocietas etiam morte ſocii: quia qui ſocietatem contrahit,certam perſonam ſibi eligit: ſed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit,morte vnius ſocii ſoluitur,etſi plures ſuperſint,niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit. Item ſi alicuius rei contracta ſocietas ſit,& finis negotio impoſitus eſt, finitur ſocietas. Publicatione quoque diſtrahi ſocieta-

cietatem, manifeſtum eſt, ſcilicet ſi vniuerſa bona ſocii publicentur: nam cum in eius locum alius ſuccedat, prô mortuo habetur. Item ſi quis ex ſociis mole debiti prægrauatus, bonis ſuis ceſſerit, & ideo propter publica aut priuata debita ſubſtantia eius veneat, ſoluitur ſocietas: ſed hoc caſu, ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, noua videtur incipere ſocietas. Socius ſocio vtrum eo nomine tantum teneatur pro ſocio actione, ſi quid dolo commiſerit, ſicut is, qui deponi apud ſe paſſus eſt, an etiam culpæ, id eſt, deſidiæ atq; negligentiæ nomine, quæſitum eſt: præualuit tamen etiam culpæ nomine teneri eum. Culpa non ad exactiſsimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere ſocium, qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Nã qui parum diligentem ſocium ſibi adſu

adſumit, de ſe queri, ſibique hoc imputare debet.

TITVLVS.

INTER communionem et ſocietatem hoc intereſt, vt communio propriè ſit rerum, quę nullo tractatu habito contingere poteſt, veluti ſi res eadem duobus legata ſit ſocietas vero perſonarum, quæ duorum pluriúmue voluntate conſtituitur [a]. Et eſt quidem vſus ſocietas, maximè in negotiationibus, in quibus, quoniam vnius ſæpe facultates non ſufficiunt, vtique neceſſarium eſt, vt plurium opes & operæ conferantur. Sed viden dum eſt primò, quomodo contrahatur ſocietas, deindè quomodo diſſoluatur, denique quam actionem pariat.

a l. eã mihi ff. p ſoc.

QVO

QVOMODO CONTRAHATVR SOCIETAS.

Ait Imperator. SOCIETATEM COIRE SOLEMVS, AVT TOTORVM BONORVM, QVAM GRAECI SPECIALITER KOINOΠPAΞIAN APPELLANT, AVT VNIVS ALICVIVS NEGOTIATIONIS, VELVTI MANCIPIORVM VENDENDORVM EMENDORVMQVE AVT OLEI, VINI, FRVMENTI EMENDI VENDENDIQVE. Quemadmodum enim in ſucceſsionibus verſantur, vel vniuerſitates [a], vel res ſingulæ, & item in actionibus, quæ in rem intenduntur [b], pari modo, & in hiſce ſocietatibus ſic eſt comparatum, vt vel vniuerſæ ſubſtantiæ fiat communicatio, vel partis alicuius. Sequitur. ET QVIDEM SI NIHIL DE PARTIBVS LVCRI ET DAMNI NOMINATIM CONVENERIT: AEQVALES SCILICET PARTES, ET IN LVCRO ET IN DAMNO SPECTANTVR, idq; nulla habita ratione eorum quę col-

a §. vlt. ſupra p quas perſ. nob. acquir.

b l. j. ff. de rei vend.

lata ſunt, videlicet, quia ſocietas in ſtar c l. verũ ꝑ ſoc. fraternitatis obtinet [c] & amicitię, in qua non ſpectatur, (licèt alij aliter ſentiant) quantum quiſque contulerit, vter plus, vter verò minus [d]: ſed quid ſit id, quod d l. ſi cõuenerit ff eo. inter partes contractum ſit, quemadmodum & in matrimonio videmus: Nã etſi de dotanda filia conuentum ſit inter ſocios, non ſpectatur vtrum alter filiam habeat nec ne, ſed an ita conuentum [e] ſit, e l. ſi soci' ꝑ filia. ff. pro ſoc. quod nota. Sequitur, QVOD SI EXPRESSAE FVERINT PARTES, HAE SERVARI DEBENT, propter ſcilicet pactum, quod legem dat contractui. Ait Impe. NEC ENIM DVBIVM VNQVAM FVIT, QVIN VALEAT CONVENTIO, SI DVO INTER SE PACTI SINT, VT AD VNVM QVIDEM DVAE PARTES ET LVCRI ET DAMNI PERTINEANT, AD ALIVM, TERTIA, quanquam etiam æquales partes contulerint. Et ratio eſt, quia hoc ſolum ipſum, quod poteſt fieri, vt alter duas f l. Luci'. l. Publica ff. depo. vid. not. in l. ſi nõ fuerint ff. eod. partes conferat, alter vnam, hoc ipſum inquam docet, non eſſe contra naturam ſocietatis huiuſmodi conuentione [f], & proinde valere, licèt in ijs, quia ita cõtrahunt, non ſit talis quædã collatio, quod qui-

quidem etiã atq; etiã nota. Nã ſi dicas, haud aliter inæquales partes lucri & dãni cõſtitui poſſe, quã ſi ipſius ſocietatis partes ſint inæquales: quid quæſo tandẽ erit differẽtię inter eos, qui de portionibus quæſtus & diſpẽdij propalã paciſcũtur? & eos qui ſilẽtio rẽ trãſigũt? Meliùs itaq; ſic dicẽdũ eſt, vt ſi qdẽ nihil dictũ ſit de dãno & lucro, partes ſemp ęquales ſint, nullo habito reſpectu ad ea quę collata ſunt, propter rationẽ ſupraſcriptã. Si verò aliquid dictũ ſit, vt id ſeruet̃, ęq; nulla facta ſupputatiõe illatorũ, ſcilicet, ſi modo tale ſit pactũ, quod nõ ſit cõtra naturã ſocietatis p ſe inſpectæ. Quãquã tamẽ nõ ignorẽ, boni viri arbitrio cõuenietius eſſe, ſecũdũ modũ & ꝓportionẽ illatorũ partes lucri & dãni dicere, quẽadmodũ autor eſt g Procul⁹, & alio loco Vlpianus h quòd quidem tantum abeſt vt impediat, quò minus aliter ſtatui poſſit, vt etiã vehementer probet. Ait Imperator. DE ILLA SANE conueutione quæſitum eſt, ſi Titius & Seius interſe pacti ſunt, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad Seium duæ partes damni, lucri tertia, an rata debeat haberi conuentio?

g l. quid eniſſ. eod.
h l. ſi non fuerint ff. eod.

QVINTVS MVTIVS CONTRA NATVRAM SOCIETATIS, TALEM PACTIONEM ESSE EXISTIMAVIT, ET OB ID NON ESSE RATAM HABENDAM, propter ſcilicet inæqualitatem lucri & damni in vno & eodem homine: nimirum cum ſecundum naturam ſit, commoda cuiuſque rei ſequi eũ, quem ſequuntur incommoda. Pręterea, ſi leoninam ſocietatem, tanquam contra naturam legitimæ ſocietatis meritò repudiamus: rectè videtur probari, vt & iſtud genus reijciatur, vt quod vi ipſa ſpectet ad ſocietatem leoninã, altero videlicet multum compendij, parum diſpendij ſentiente: altero plurimum damni, parum lucri percipiente. Sequitur, SERVIVS SVLPITIVS, CVIVS SENTENTIA PRAEVALVIT, CONSENSIT. Et ratio eſt, quantum ad hoc quod dicimus, in eodem æqualitatem lucri & dãni obſeruari oportere: QVIA SAEPE QVORVNDAM ITA PRECIOSA EST OPERA IN SOCIETATE VT EOS IVSTVM SIT CONDICTIONE MELIORI IN SOCIETATEM ADMITTI. Nam ſi lucrum obueniat, æquum eſt, vt propter operas quas exhibuerunt, plus

aliquanto, quam cæteri ſocij habeant: ſi damnum, vt minus, quia multum eſt operam perdidiſſe. Et ſi occuras, rem non longè abeſſe à ſocietate leonina: reſpondet Seruius Sulpitius, non in ſingulis actibus & negotijs iniri rationem lucri & damni, ſed ita, vt eius lucri quod reliquum in ſocietate ſit, omni damno deducto, pars alia feratur, & eius damni, quod ſimiliter relinquatur, pars alia capiatur. Sequitur, NAM ET ITA COIRI POSSE SOCIETATEM NON DVBITATVR, VT ALTER PECVNIAM CONFERAT, ALTER NON CONFERAT, ET TAMEN LVCRVM INTER EOS COMMVNE SIT Ratio ſubiũgitur, QVIA SAEPE OPERA ALICVIVS, PRO PECVNIA VALET. Sic dicimus ſacroſanctam Iuriſprudentiam, non eſſe precio numario æſtimandam, precium operæ velamentum eſſe. Sequitur, ET ADEO CONTRA QVINTI MVTII SENTENTIAM OBTINVIT, VT ILLVD QVOQVE CONSTITERIT POSSE FIERI VT QVIS LVCRI PARTEM FERAT DE DAMNO NON TENEATVR, QVOD ET IPSVM SERVIVS CON-

l. Mutius ff. pro ſoc.

VENIENTER FIERI EXISTIMAVIT Quaſi ſatis perdat ille, qui operam ſuam perdit. Et quod ſubiicitur, QVOD TAMEN ITA INTELLIGI OPORTET, VT SI IN ALIA RE LVCRVM, IN ALIA DAMNVM ILLATVM SIT: COMPENSATIONE FACTA, SOLVM QVOD SVPEREST, INTELLIGATVR LVCRO ESSE: ſignificat, ſi minutatim fieret cõputatio, fore vt res abiret in leoninam ſocietatem, quemadmodũ iã eſt expoſitum. Sequitur, ILLVD EXPEDITVM EST, SI IN VNA CAVSA PARS FVERIT EXPRESSA, VELVTI IN SOLO LVCRO, VEL IN SOLO DAMNO, IN ALTERA VERO OMISSA, IN EO QVOQVE QVOD PRAETERMISSVM EST, EANDEM PARTEM SERVARI. [Ratio eſt, primùm, quia ſecundum naturam eſt, vt lucri & damni æquales partes habeantur [k]: Deinde quia contrariorum & eorum quę dicuntur correlatiua, par ſolet ſemper haberi cauſa & ratio [l].

k §. vnic. de legit. patr. tut. l §. j. ſupra de his qui ſui vel al. iur.

DE

DE DISSOLVTIONE SOCIETATIS.

AIt Imperator. MANET AVTEM SOCIETAS EOVSQVE DONEC IN EODEM CONSENSV PERSEVERAVERINT. Totum enim hoc, quo continetur ſocietas, nihil eſt aliud, quam nudus & ſolus conſenſus, quo quidem ſublato, neceſſũ eſt, vt ipſa confeſtim ſocietas diſſoluatur, idque haud aliter atque præcariũ, quod ſola liberalitate concedentis conſtat, & perit, ea liberalitate ſemota, non alio modo, quã muſica, ceſſante muſico, quod quidem longè diuerſum eſt in aliis negotijs, queà primordio quidẽ libera ſunt, & voluntaria, ſed poſtea trãſeunt in neceſsitatẽ b, & ideo, licèt poſt perfectum negotium diſſentiat alter cõtrahentium, non minùs perſeuerat obligatio, quam permanet domus iam ędificata ſublato architecto. Ratio autem cur per ſolã durationẽ volũtatis maneat ſocietas, & nũquã abire poſsit in neceſsitatem, eſt, tum quòd amicitiæ quandam ſpeciem referat ſocietas, quę quidẽ

a l. quæſitũ. ff. de precar.

b l. i cõmodato. ff cõmod. i. ſicut C. de act.

 niſi

niſi ſemper libera maneat & voluntaria, perdit nomen ſuum, & deſinit eſſe amicitia: tum verò, ne in perpetuum ſocietas contrahatur, quod non licet [c], propter materiam diſcordiæ vitandam [d]. Sed cur adijcitur ergo certum tempus nonnunquam ſocietatibus? non, vt non diſſoluatur ſocietas, ſi fortè ante illud tẽpus fuerit receſſum à ſocietate, ſed vt cõſtet, vtrùm tempeſtiuè renuncietur ſocietati nec ne. Ait Imp. AT CVM ALIQVIS RENVNCIAVERIT SOCIETATI, SOLVITVR SOCIETAS. Quod enim ſolo conſenſu duorum continetur, illud, ſi vnus diſſentiat, ſolui neceſſe eſt, idque partim propter ceſſationem cauſæ [f], partim quia dempto vno equo ex quadriga, totam quadrigam perire, conſequens eſt. Sed ea renunciatio, quomodo accipi debeat, videamus. An dicemus eam iuſtam eſſe oportere, ad hoc vt fiat diſſolutio ſocietatis? an probabimus qualẽcunq; ſufficere, ſpectãtes tantũ, vtrum renũciatũ ſit ſocietati, nec ne? quod puto ſequendũ. Nam in ſumma rei non multum intereſt, iuſtè quis an iniuſtè abeat à ſocietate, ſi modò conſtet de contraria voluntate quẽadmo-

c l. nulla ff. pro ſoc.
d l. cũ pater. ff. de leg. 2.
e l. actionẽ §. ſed & ſocius. l. cõuenerit ff. eod.
f c. cũ ceſſante ext. de appel.

admodum & in poſſeſsione Labeo g. l. 3. ff de
definiuit[g] idq́ue vel eo maximè, ne li- acqui. po.
bertas cuiuſquã, quę inæſtimabilis eſt[h], h. §. vl. In.
impediatur. Nam quantum ad reparatio quib. ex
nem damni eius, cui nocuit intempeſti- cauſ. man.
ua renunciatio, attinet, ſatis prouidetur
illi per ea quæ ſequuntur. Ait enim Imp.
SED PLANE SI QVIS CALLIDE IN
HOC RENVNCIAVERIT SOCIETA
TI, VT OBVENIENS ALIQVOD
LVCRVM SOLVS HABEAT, VELVTI
SI TOTORVM BONORVM SOCIVS,
CVM AB ALIQVO HAERES ESSET
RELICTVS, IN HOC RENVNCIA-
VERIT SOCIETATI, VT HAEREDI
TATEM SOLVS LVCRIFACERET,
COGITVR HOC LVCRVM COM-
MVNICARE, ne nimirum ex ſua callidi i. l. ij. ff. de
tate lucrum ſentiat[i], & ne alteri per alte dol.
rum iniqua cõditio offeratur[k]. Sequit. k. l. nõ de
SI QVID VERO ALIVD LVCRI FA bet. ff. de
CIAT, QVOD NON CAPTAVERIT, reg. Iur.
AD IPSVM SOLVM PERTINET.
Quemadmodum enim res inter alios a-
cta, alijs neque nocere neque prodeſſe
debet[l] ita etiam fraus circa vnum com- l. l. 3. circa
miſſa, non debet circa aliud nocere. Et fi. ff. de Iu.
intelligimus quidem in hoc argumento

propriè captari illud, quod & in machinatione ſimul eſt ab initio rennnciatæ ſocietatis, & euentum etiam ſortitur, nó etiam ſi vel ſola interceſſerit machinatio, vel ſolus quoque euentus m exſtiterit. Ait Imp. EI VERO CVI RENVNCIATVM EST, QVICQVID OMNINO POST RENVNCIATAM SOCIETATEM ACQVIRITVR, SOLI CONCEDITVR. Nec enim ſocius eſt, nec cõtraxit vllam culpam cuius nomine teneatur. Ait Imp. SOLVITVR ADHVC SOCIETAS ETIAM MORTE SOCII, Ratio eſt QVIA QVI SOCIETATEM CONTRAHIT, CERTAM PERSONAM SIBI ELIGIT, quemadmodum in amicitia: & eſt regula, Ea quæ perſonalia ſunt, cum perſona interire. Sed cur admittitur in conductione vectigalium vt ad hærèdem tranſeat ſocietas n ? An dicemus in ijs quæ publicam cauſam obtinent, quo promptior ac expeditior ſit eorum locatio ac conductio, priuilegium irrogari? Et ſanè quantum ad vſucapionem attinet, vulgò peruagatum eſt, ſtatim ſecurum eſſe eum, qui rem fiſcalem emit o, quod quidem multò amplius eſt, quàm Iſtud. Ait Imperator, SED ET SI CONSENSV PLVRIVM

m. §. infra. ſup. quib. ex ca. ma.

n. l. adeò. l. verùm. § hær. ff. co.

o. §. vl. ſu. de vſuca.

SOCIETAS CONTRACTA SIT, MORTE VNIVS SOCII SOLVITVR, ETSI PLVRES SVPERSINT, NISI IN COEVNDA SOCIETATE ALITER CONVENERIT: per mortem enim indubitatum eſt, euaneſcere conſenſum, quemadmodum & in mandato liquidò conſtat p. Et quidem cũ chorus vno detracto, deſinat eſſe chorus: vtiq; manifeſtũ eſt, ſocietatẽ vel vno dempto, quemadmodum in ſuperioribus diximus, expirare. Ideo autem poteſt fieri, vt ſi in coeunda ſocietate ita conuenerit, vno mortuo, reliqui maneant ſocij: quoniam facilis eſt continuatio ſocietatis de vna in aliam, nullis adſcitis nouis perſonis, quod nota Sequitur, ITEM SI ALICVIVS REI CONTRACTA SIT SOCIETAS, ET FINIS NEGOTIO IMPOSITVS EST, FINITVR SOCIETAS. Sic enim & in commodato tractatur, vt vſu, ad quẽ res conceditur, abſoluto, cõmodati beneficium ceſſet q. Ait Imperator. PVBLICATONE QVOQVE DISTRAHI SOCIETATEM MANIFESTVM EST, SCILICET SI VNIVERSA BONA SOCII PVBLICENTVR. Ratio ſubijcitur, NAM CVM IN EIVS LOCVM

p. §. rectè, inſ. de ma.

q. l. vlt. ff commod

ALIVS

ALIVS SVCCEDAT, PRO MORTVO HABETVR. Eſt quippe publicatiõis bonorum ea natura, vt illis ſolùm irroget̃, qui neque ipſi digni ſunt, qui poſſeſſiones obtineant in Republica, neque etiã hęredes habere poſſunt, ſed quorum bona tanquam vacantia, per fiſcum occupantur. Nec eſt quod dicas ſocietatem iuriſgentium eſſe r, & ea quæ iuriſgentium ſunt, non prohiberi ijs, qui ad peregrinitatem ſunt redacti ſ: quoniam ſcilicet peregrinitas non aufert priuatam rerum poſſeſsionem, ſed publicatio aufert, ita vt intelligi non poſſit, quomodo ſocius alijs eſſe queat, & rem communẽ augere, qui ipſe ſibi non poteſt proſpicere. Seq. ITEM SI QVIS EX SOCIIS MOLE DEBITI PRAEGRAVATVS, BONIS SVIS CESSERIT, ET IDEO PROPTER PVBLICA AVT PRIVATA DEBITA, SVBSTANTIA EIVS VENEAT, SOLVITVR SOCIETAS: videt̃ em̃ & hac in ſpecie alius in eius locũ ſuccedere, quẽadmodũ ſuperiꝰ eſt expoſitum. Sequit̃ SED HOC CASV, SI ADHVC CONSENTIANT IN SOCIETATEM, NOVA VIDETVR INCIPERE SOCIETAS. Quantum enim ad fu-

r. §. ius autem. Inſt. de Iu. nat.

ſ. l. quidẽ. ff. de pœn.

ad futurum tempus attinet, verum eſt eum ſic acquirere ſibi poſſe, vt non ad id quod facere poſſit, queat conueniri t.

QVOMODO SOCIVS SOCIO TENE ATVR.

IMp. ait, SOCIVS SOCIO VTRVM EO NOMINE TANTVM TENEATVR PRO SOCIO ACTIONE, SI QVID DOLO COMMISERIT, SICVT IS QVI DEPONI APVD SE PASSVS EST, QVAESITVM EST. Nam ambiguitatẽ
parit, quod ſocius circa rem ſuam quo a.l.mulie
dammodo verſari videtur [a], & quòd in ſ. ſed enī
re propria non eſt à quoquam culpa exi ff.ad treb.
genda [b], quodq́ue is qui negligentem b.l.etiam
ſibi adſciuit ſocium, de ſe queri debeat, ſ.j.ff.ſolu
quemadmodum in depoſito. Sequitur, mat.
PRAEVALVIT TAMEN ETIAM c.l.ſiut ce.
CVLPAE NOMINE TENERI EVM, ſ. nunc vi
nimirũ, quia cõtractus iſte conſtituitur dedum.ff.
vtriusque contrahentium gratia [c]. Seq. commod.

CVL-

CVLPA AVTEM NON AD EXACTISSIMAM DILIGENTIAM DIRIGENDA EST. Hoc enim in ijs tantum obtinet, in quibus rogantis gratia cõſtituitur obligatio, cuiuſmodi eſt cõmodatũ, & item in quibus alter plus percipit ex obligatione, quã alter, vt in empto vendito, locato conducto, pignore. Nam in cõmodato tenetur quis etiam ad leuiſsimã culpã: in empto, locato, pignore, ad talem diligentiam, qualem præſtat non is ſolùm, qui culpam vitat, verùm etiam qui laudem meretur, ſecundum quod latiùs eſt à nobis tractatum. Ait Imperat. SVFFICIT ENIM TALEM DILIGENTIAM COMMVNIBVS REBVS ADHIBERE SOCIVM, QVALEM SVIS REBVS ADHIBERE SOLET. Ratio ſubiungitur: NAM QVI PARVM DILIGENTEM SOCIVM SIBI ADSVMIT, DE SE QVERI DEBET, HOC EST SIBI IMPVTARE DEBET. Nec eſt quod dicas, hoc modo fieri vt de dolo tantùm teneatur, quoniam videlicet is, qui ad ſuum modum non eſt diligens, fraude non caret d: non eſt quod hæc dicas inquam: quia cum in re ſua nemo fraudulosè intelligatur verſari e, rectè conſe-

d. l. quod Nerua. ff. depoſ.
e. d, l. mul. etiam.

conſequitur, ſolam culpam committi, ſi infra ſuum modum ſit diligens ſocius circa rem communem, & proinde non de dolo tantùm eum, verum etiam de culpa leui teneri [f].

[f] f.l.hæred. §.non tantum.ff.fa. herciſc.

De mandato.

Mandatum contrahitur quinque modis: ſiue ſua tantùm gratia aliquis tibi mandet, ſiue ſua & tua, ſiue aliena tantum, ſiue ſua & aliena, ſiue tua & aliena. At ſi tua tantùm gratia tibi mandatū ſit: ſuperuacuum eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio naſcitur. Mandãtis tantùm gratia interuenit mandatum, veluti ſi quis tibi mandet, vt negotia eius gereres, vel vt fūdū ei emeres, vel vt pro eo ſpōderes. Tua gratia & mãdantis: veluti ſi mandet tibi, vt pecuniã ſub vſuris

cre-

deres ei,qui in rem ipſius mutuaré tur:aut ſi volente te agere cum eo ex fideiuſſoria cauſa, mandet tibi, vt cum reo agas,periculo mandantis:vel vt ipſius periculo ſtipuleris ab eo,quē tibi deleget in id, quod tibi debuerat. Aliena autem tantum cauſa interuenit mandatum, veluti ſi tibi aliquis mandet,vt Titij negotia gereres,vel vt Titio fundum emeres,vel vt pro Titio ſponderes.Sua & aliena, veluti ſi de cōmunibus ſuis & Titij negotijs gerendis tibi mandet, vel vt ſibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio ſponderes, Tua & aliena,veluti ſi tibi mandet ,vt Titio ſub vſuris crederes, qnod ſi ſine vſuris pecuniam crederes, aliena tātum gratia intercedit mandatum Tua tantum gratia interuenit mādatum,veluti ſi tibi mandet, vt pecuuias tuas in emptiones potiùs prædiorum colloces quàm fœneres,

res:vel ex diuerſo, vt pecunias tuas fœneres potiùs, quã in emptionẽs prædiorum colloces. Cuius generis mandatum magis conſilium quàm mandatum eſt, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio mandati obligatur, etiam ſi nõ expediat ei, cui mandabatur: cùm liberum cuique ſit apud ſe explorare, an expediat conſilium. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel èam crederes: quanuis non expediat eam tibi emiſſe vel credidiſſe, non tamẽ tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita ſunt, vt quæſitum ſit an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares: ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum: quia nõ aliter Titio credidiſſes, quàm ſi tibi mandatum eſſet. Illud quoque mandatum non eſt obligatorium,

quod contra bonos mores eſt: veluti ſi Titius de furto, aut de dãno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi: licet enim pœnam iſtius facti nomine pręſtiteris, non tamen vllam habes aduerſus Titium actionem. Is qui exſequitur mandatum, nõ debet excedere fines mandati: vt ecce, ſi quis vſq; ad çentum aureos mandauerit tibi vt fundum emeres, vel vt pro Titio ſponderes, neque pluris emere debes, neq; in ampliorem pecuniam fideiubere, alioqui non habebis cum eo mandati actionem, adeò quidem, vt Sabino & Caſſio placuerit, etiam ſi vſq; ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. Sed diuerſæ ſcholæ authores rectè vſq; ad centum aureos te acturum exiſtimant, quæ ſententia ſanè benignior eſt. Quod ſi minoris emeris, habebis ſcilicet cum eo mandati actionem, quoniam qui mandat, vt ſibi

ſibi cẽtũ aureorũ fũdus emeretur, is vtiq; mandaſſe intelligitur, vt minoris (ſi poſsit) emeretur. Rectè quoq; mandatũ contractum, ſi, dũ adhuc integra res ſit, reuocatũ fuerit, euaneſcit. Item ſi adhuc integro mandato mors alterutrius interueniat, id eſt vel eius qui mandadauerit, vel illius qui mandatum ſuſceperit: ſoluitur mandatum. Sed vtilitatis cauſſa receptum eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorans eum deceſsiſſe, exſecutus fueris mandatum, poſſe te agere mandati actione: alioqui iuſta & probabilis ignorantia tibi damnũ adferret. Et huic ſimile eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore Titii, per ignorantiã liberto ſoluerint, liberari eos: cum alioqui ſtricta iuris ratione non poſſent liberari, quia alij ſoluiſſent quàm cui ſoluere debuerint.
Mandatum non ſuſcipere, cuilibet

liberum eſt,ſuſceptum autem conſummandum eſt, aut quàm primũ renunciandum,vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mandator exæquatur.Nam niſi ita renuncietur,vt in ĩtegra cauſa mandatori reſeruetur eandem rem explicandi nihilominus mandati actio locum habet:niſi iuſta cauſa interceſſerit, aut non renunciandi aut intempeſtiuè renunciandi . Mandatum & in diem differri,& ſub conditione fieri poteſt. In ſumma ſciendum eſt,mandatum ,niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotij cadere, Nam mercede conſtituta,incipit locatio & conductio eſſe,Et(vt generaliter dicamus)quib⁹ caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mandati ſiue depoſiti coutrahitur negotium,ijs caſibus interueniente mercede locatio & conductio intellitur contrahi,& ideò ſi fulloni polienda curandaúe quis dederit ve-
ſtimen

ſtimenta,aut ſarcinatori ſarcienda nulla mercede conſtituta, neque promiſſa,mandati competit actio.

QVOMODO RECTE CONTRAHATVR MANDATVM AVT NON.

DIcit Impe. MANDATVM CONTRAHITVR QVINQVE MODIS. Cùm enim tres ſint per rerum naturam perſonæ; vtiq; neceſſariũ,eſt vt ſex tantũmodo reperiantur formæ mandati:tres quidem ſimplices, vt cùm vel mea, vel tua, vel tertij gratia fit mandatum:tres verò duplices, vt cũ vel mea & tua,vel mea & tertij,vel tua & tertij gratia mandatur. Sed iam cùm illud genus mandati (quemadmodum in poſterioribus explicabitur)quod tua tãtùm gratia fit,nullas vires habeat, ita vt eius non habeatur vlla in enumerandis ijs formis,quæ vtiles ſunt,ratio:rectè dicitur à Iuſtiniano, quinque tantũmodo modos exſtare,quibus mandatum cõtrahatur

hatur.Et id quidē dicor mea gratia mandare,quod ad meam vtilitatem pertinet, veluti vt res meas geras. Id mea & tua, quod vtriuſq; noſtrū commodū cōtinet veluti,vt ſub vſuris,quod tuā vtilitatem ſpectat,credas ei, qui in rē meā mutuat, vt nonnunquam fieri aſſolet[a],quod meam.Id aliena tātùm,quod tertio prodeſt veluti vt Titio fundum emas. Id mea & aliena,item tua & aliena, quod vtriuſq; ſimul,veluti vt mihi & Titio fundum emas,vt Titio ſub vſuris credas:Planè ſi tibi mandem,vt pecunias tuas fœnores potiùs,quàm in emptionem prædiorū colloces,proprius eſt,vt illud genus mandati,pro modo cōſilij potiùs ſit quā mandati,vtpote cùm in ea ſpecie nullus reperiatur,cui is,qui mandatum ſuſcipit, obſtringi poſſit:nam vtrùm tu pecuniam tuam ad menſam ponas,an ad prædiorū emptionem,mea nihil intereſt. Et ideo verius quoque eſt, non naſci vllam ex eo mandato ab initio(licet aliter pòſt accidere poſſit[b]) actionem,propter regulam quæ habet, Conſilij non fraudulēti nulla eſt obligatio[c]. Aliter autem ſi mandem tibi,non in genere vt fœnores,verū in ſpecie, vt Titio fœnores: facit enim

a.l.Lucius ff.de exer.

b.l.ſi pro. §.manda. ff eodem

c.l.cōſi.ff. de re. Iur.

tunc

tunc commemoratio certæ perſonæ, vt in verum mandatum, negotium tranſeat licet mea non interſit d: quod quidẽ bene nota. Nam licet mea non interſit, tamen vtique eius intereſt, cuius mentio eſt habita, & eſt notiſſimum. In his quæ naturalia ſunt, alteri per alterum quæri poſſe e: Ait Imperator. ILLVD QVOQVE MANDATVM NON EST OBLIGATORIVM, QVOD CONTRA BONOS MORES EST. Eorum enim quæ turpem cauſam continent, nullum eſt commercium f, non magis quàm eorum quæ impoſsibilia dicuntur. Præthereà cũ turpis mandati nomine, nemo in iure agere poſsit, niſi ſimul & ſuam turpitudinem detegat ac alleget: non poteſt fieri, vt audiatur g, licet ipſe pœnam ſuſtinuerit, eo nomine, quod ei mandato paruerit: debet enim de ſe queri, non alij imputare, quòd rem illicitam, ex mandato non obligatario, tentarit. Vtrùm autem ego qui mandaui, tertio illi tenear, qui læſus eſt mandatu meo, nec ne: alterius eſt inſpectionis.

d. l. ſi rem. §. ſi tibi. ff. mandat.

e. vid. notat. in. l. ſtipulatio iſta. §. alit. ff. de ve. o.

f. l. gener. ff. de ve. o.

g. l. merca. C. de con. ob tur. ca.

DE EFFECTV MANDATI.

DIcit Imp. IS QVI EXEQVITVR MANDATVM, NON DEBET EXCEDERE FINES MANDATI, ne videlicet id quod agit, ſine mandato agere dicatur, quod & verum eſt, niſi fortè tale ſit mandatum, quod nullis certis limitibus ſit circũmſcriptũ: nã in eo probatũ eſt, vt ex bona fide procedere liceat [a]. Sed quod nonnulli in his in quibus exceditur, negotiorũ geſtorũ formulã tribuunt, nulla ratione defendi poteſt; tum propter euidentiſsima iuris loca [b], quæ ei ſententiæ refragantur; tũ quòd is qui mandatũ ſuũ certis finibus circuncludit, reliqua omnia, quæ extra fines illos ſunt poſita, prohibere videat̃. [c] Sed an vſq; ad eã quantitatẽ, quę mãdato cõtinetur, cõpetat actio ei, qui modũ nõ tenuit, quæſtionis eſt? Et placuit quidẽ Sabino ac Caſſio, nõ cõpetere, quaſi ſcilicet totus actus, alius ſit ab eo, qui mandatus eſt, quod quidem non inſubtiliter tractari poteſt, licet humanitas

a. l. 3. §. ſi qs pro eo. ff. eodem.

b. l. ſi pro te. ff. eodẽ.

c. argum. l cum lex. ff de. l l. l. vl. C. de neg. geſt.

in aliam ſcn̄tẽtiam deducat. Nam quod bonum eſt, eum qui mandatum ſubijt, in toto damno morari, ſine vllo lucro mandatoris, quod quidem eſt contra regulam ipſius naturæ d. Cui & hoc accedit, quod is qui amplius expendit, quàm iuſſus eſt, vtiq; tantum expendit quantum iuſſus eſt e.

d l.1.ff. de aqua plu. arcend.
e l.j ff. de verb.ob.

DE DISSOLVTIONE MANDATI.

AIt Impera. RECTE QVOQVE CONTRACTVM MANDATVM, SI, DVM ADHVC INTEGRA RES SIT, REVOCATVM FVERIT, EVANESCIT, Nam quemadmodum in mutuo, commodato, depoſito, & omnibus ijs contractibus, qui natura ſui gratuiti ſunt, ſic eſt comparatũ, vt ab ijs re integra recedi poſsit a: ita etiã & in mandato, quod & ipſum eſt gratuitum, oportet obtinere. Nã quod occurri poteſt, aliud in ijs quæ re contrahuntur, aliud in mandato, quod conſenſu conſtat, obſeruari oportere: nihil admodũ

a l. qui pecuniã. ff. ſi cert pet.

pertinet ad propoſitum, vtpote cum omnes illi contractus, qui gratuiti ſunt, ſpeciem quandam donationis & liberalitatis in ſe habeant. Quod quidem cum ita ſit, conficitur neceſſariò, tam diu eas reuocari licito iure poſſe, quàm res ſit integra, idque ob id, quod ipſæ donationes tanquam in facto conſiſtentes [b], tam diu reuocari poſsint iure veteri, quàm res nondum ſit tradita, quod quidem diligenter eſt notandum. Nam licèt conſenſu conſtet mandatum, tamen liberalitas, quę in ea verſatur, illam habet vim, vt locus ſit tamdiu pœnitentiæ, donec res fuerit geri cœpta. Atque hęc ipſa quoque ratio efficit, vt & mors interueniens diſſoluat mandatum: facit quippe liberalitas, vt & facti plurimum in ſe contineat, & perſonale ſit, ac exſtinguatur cum perſona, quòd bene perpende. Nam quod ſubindè ſecùs obſeruatur, propter ſolam vtilitatẽ promiſcui vſus recipitur [c]: quemadmodũ & ſi ab eo qui ignorat mandantẽ deceſsiſſe, perficiatur mãdatũ. Ne enĩ ex probabili ignorãtia, & ex officio ſuo [d] dãnũ ſentiat, & ita reliqui deterreãtur à ſuſcipiẽdis mãdatis: rectè cõſtitutũ eſt, ꝓpter vtilitatẽ cõmunem

b l. interdictum ff. de precar.

c l. ſi qs mãcipijs §. ſi impuber. ff. de inſtitor.

d l. i cõmodato. ff cõmodat.

e vid. ſimile ĩ l. ex maleficijs ff. de act.

nem, contra ſtricti iuris regulas, vt actio ei tribuatur. Nam & ſi diſpenſatori manumiſſo, inſciẽtes creditores ſoluerint, peræque propter eandem vtilitatem liberantur contra ius commune. Nam cùm is, qui ad libertatem ex ſeruitute peruenit, nouum iure hominem induere dicatur [f], reſpectu eorum quæ iuris ſunt, non perſonæ, cuiuſmodi vſusfructus [g]: ſine dubio verum eſt, non liberari ipſo iure eos, qui ei tanquam diſpenſatori ſeruo ſoluunt, qui reuerà non ſit. Ait Imperator. MANDATVM NON SVSCIPERE, CVILIBET LIBERVM EST, SVSCEPTVM AVTEM, CONSVMANDVM EST, AVT QVAM PRIMVM RENVNCIANDVM, ne videlicet ſub prætextu officij, decipiatur is qui mandauit, quod nullo modo tolerãdum eſt. Et ſunt paria, omnino non facere quid, & non idoneo tẽpore facere niſi fortè ſubſit iuſta cauſa: hoc enim aliud eſt, nam neceſsitas non habet legem. Sed cur ſocietatem ſemper diſſolui dicimus, ſiue iure, ſiue iniuria illi renuncietur, mandatum non dicimus? An quia ſocietas ex eorum contractuum eſt numero, quæ ſola ſemper volun-

f l. cũ qs ſibi aut Titio ff. de ſolut. l. cũ qs §. q ſibi ff. de verb. oblig.

g l. Stichũ aut Pãphilũ §. vſus fructus. ff. de ſolut.

voluntate continentur, quemadmodum precarium? Mandatum ex eorum, quæ initio quidem libera ſunt & voluntaria, ſed poſt deinde in neceſsitatem abeunt quemadmodum commodatum h?

h l. in commodato ff. cómodat.

DE QVALITATE MANDATI.

IMp. ait, MANDATVM ET IN DIEM DIFFERRI ET SVB CONDITIONE CONTRAHI POTEST. Eſt enĩ iuris gentiũ, ſed aliter eſt ꝓbatũ in actibus legitimis in q b⁹ ſolénitas & cęremonia vertit[a]. Seqtur, IN SVMMA SCIENDVM EST, MANDATVM NISI GRATVITVM SIT, IN ALIAM FORMAM NEGOTII CADERE. Ratio ſubijcitur, NAM MERCEDE CONSTITVTA INCIPIT LOCATIO ET CONDVCTIO ESSE. cùm enim duo ſunt genera rerum cõtrahendarum, quorum vnum honorarium eſt & gratuitum, alterum verò mercenarium: ferè ſic fit, vt ſi ei quod gratuitum eſt, mercedem adijcias, mercenarium

a l. act⁹ ff. de reg. Iur.

rium

ſiat, & contra, ſi ei quod mercenarium eſt, mercedem detrahas, efficiatur gratuitum, atque hoc eſt quod ſubijcit Imperator. ET VT GENERALITER DICAMVS, QVIBVS CASIBVS SINE MERCEDE SVSCEPTO OFFICIO, MANDATI SIVE DEPOSITI CONTRAHITVR NEGOTIVM, HIS CASIBVS INTERVENIENTE MERCEDE LOCATIO ET CONDVCTIO INTELLIGITVR CONTRAHI. Nã quod mandatum & depoſitum inter ſe inuicẽ opponuntur, haud alia cõtingit ratione, quàm quòd mandatum id ſit in negotijs ſubeundis, quod depoſitum eſt in rebus cuſtodiendis: quemadmodum commodatum & donatio id ſunt ſine precio, quod conductio & emptio, accedente precio & pecunia. Sequitur, ET IDEO SI FVLLONI POLIENDA CVRANDAVE QVIS DEDERIT VESTIMENTA AVT SACRINATORI SARCIENDA, NVLLA MERCEDE CONSTITVTA NEQVE PROMISA, MANDATI COMPETIT ACTIO. Nam vice verſa, ſi id quod mercenarium eſſe ſolet, nullo ſtatuto precio, fieri conueniat: æquum eſt, vt gratui-

nes, quæ appellantur negotiorum geſtorum, ſed domino quidem rei geſtæ, aduerſus eum qui geſsit directa competit actio: negotiorum autem geſtori, contraria, quas ex nullo contractu propriè naſci, manifeſtum eſt: Quippe ita naſcuntur iſtæ actiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis gerendis ſe obtulerit, ex qua cauſa, hi, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque vtilitatis cauſa receptum eſt, ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregrè profecti eſſent, desererentur negotia: quæ ſanè nemo curaturus eſſet, ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui vtiliter geſsit negotia, dominum habet obligatum negotiorum geſtorum: ita & contrà, iſte quoque tenetur,

vt ad-

vt adminiſtrationis reddat rationem,quo caſu ad exactiſsimã quiſque diligentiam compellitur reddere rationem:nec ſufficit talẽ diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet, ſi modò alius diligentior eo cõmodiùs adminiſtraturus eſſet negotia. Tutores quoq;,qui tutelæ iudicio tenẽtur, non propriè ex contractu obligati eſſe intelliguntur (nullũ enim negotium inter tutorẽ & pupillũ cõtrahitur)ſed quia ſanè non ex maleficio tenentur, quaſi ex cõtractu teneri vidẽtur: hoc aũt caſu mutuæ ſunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionẽ,ſed & contrà, tutor cũ pupillo habet contrariam tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli,vel pro eo fuerit obligatus,aut rem ſuam creditoribus eius obligauerit. Item ſi inter aliquos communis res ſit ſine ſocietate: veluti

quòd

quod pariter eis legata, donatáue
eſſet: & alter eorum alteri ideo te-
neatur communi diuidundo iudi-
cio, quòd ſolus fructus ex ea re
perceperit, aut quod ſocius eius
ſolus in eam rem neceſſarias im-
penſas fecerit, non intelligitur ex
contractu propriè obligatus eſſe,
quippe nihil inter ſe contraxerũt:
ſed quia ex maleficio non tenen-
tur, quaſi ex contractu teneri vi-
dentur. Idem iuris eſt de eo, qui
cohæredi familiæ herciſcundę iu-
dicio ex his cauſis obligatus eſt.
Hæres quoque legatorum nomi-
ne non propriè ex contractu obli-
gatus intelligitur (neq; enim cum
hærede, neque cum defuncto vl-
lum negotium legatarius geſsiſſe
propriè dici poteſt) & tamen, quia
ex maleficio non eſt hæres obliga-
tus, quaſi ex contractu debere in-
telligitur. Item is, cui quis per
errorem non debitum ſoluit, qua-

ſi ex contractu debere videtur?
Adeò enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus eſſe, vt ſi certiorem rationem ſequamur, magis (vt ſuprà diximus) ex distractu, quàm ex contractu poſsit dici obligatus eſſe. Nam qui ſoluendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, vt diſtrahat potiùs negotium, quam contrahat. Sed tamen perinde is qui accepit, obligatur, ac ſi mutuum ei daretur, & ideo conditione tenetur. Ex quibuſdam tamen cauſsis repeti non poteſt, quod per errorem non debitum ſolutum ſit: ſic nanq; definierunt veteres, Ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex his cauſis non debitum ſolutum, repeti nō poſſe: veluti ex lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in his legatis locum habere voluerunt, quę certa conſtituta, per damnationem cuiq; legata fuerant,

rant, noſtra autem conſtitutio; cũ vnam naturam omnibus legatis & fideicommiſsis indulſit, huiuſmodi argumentum in omnibus legatis & fideicommiſsis extendi uoluit: ſed non omnibus legatariis hoc præbuit, ſed tantummodo in his legatis & fideicommiſsis, quæ ſacroſanctis eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quę, ſi indebita ſoluantur, non repetuntur.

INTERPRETATIO.

AIt Imperator. POST GENERA CONTRACTVVM ENVMERATA, DISPICIAMVS ETIAM DE HIS OBLIGATIONIBVS, QVAE NON PROPRIE QVIDEM NASCI EX CONTRACTV INTELLIGVNTVR: SED TAMEN, QVIA NON EX MALEFICIO SVBSTANTIAM CAPIVNT, QVASI EX CONTRACTV NASCI VIDENTVR, ſumpto nomine ab eo, quod ille fundus quaſi dotalis dicitur [a]: illa actio, quaſi ſeruiana [b]: quę non habet quidem eandem penitus naturam cum ea quæ ſeruiana nominatur, ſed quę vim eandem habet & effectum. Nam cum omnis obligatio conſtituatur, vel ex contractu vel ex maleficio quéadmodum idoneo loco probatum eſt: poteſt planè fieri, vt neque ad contractum res pertineat propriè, neque ad maleficium, ſed tacitè vel ad hoc vel ad illud genus. Et certè, quemadmodum pactorum, alia tacita ſunt, expreſſa alia [c]: ita etiam contractuū, quidā nominatim conci-

a l.3.ff. de fūd doral.
b §.Itē ſeruiana infr. de act.
c l.2.3.ff de pact.

concipiuntur,quidam ſilentio. Nam ſi res tuas mea ſponte gerã,ſi tutela in adminiſtrem, ſi communi rei proſpiciam, ſi hęreditatem adeam, ſi indebitum ſoluam, nemo non perſpicit nihil me propalam conuenire:ſed tamen, quia in gerendis alienis & communibus negotijs & tutelis, diligenter cauendum eſt, ne aut is qui rem adminiſtret, aut is cuius res geratur,in dãno moretur: quis enim præſumatur ſuum iactare? quis patiatur aliquẽ in re aliena pro ſua libidine graſſari?item quia is qui ſubit hæreditatem, non minus onus eius agnoſcere debet, quàm commodum:denique, quia omnis ille qui ſoluit, eam habet cogitationem,vt ſi quidem indebitum ſoluat, repetat:rectè comparatum eſt in his ſpeciebus,vt in ijs ſi non vero ex contractu,ſaltem quaſi ex contractu,obligatio naſcatur. Et oritur quidem in iſtis omnibus obligatio,vel ex re vt in negotijs geſtis: vel ex lege,vt in tutela: vel ex prætoris aut iudicis arbitrio,vt in communi diuidundo:vel ex neceſsitate,vt in hæreditatis aditione:vel ex facto: vt in indebito ſoluto.Sed de his prolixiùs hoc loci tractare,non eſt nobis nunc temporis pro-

poſitum, vt quibus ſatis eſt, de ijs breuiter diſſeruiſſe obligationibus, quæ vel ex re naſcuntur, vel verbis, vel literis, vel conſenſu. Nam quod in extremo titulo dicitur, EX QVIBVS CAVSIS INFICIANDO LIS CRESCIT, EX IIS CAVSIS NON DEBITVM SOLVTVM REPETI NON POSSE, hanc videlicet habet rationem. In ijs creſcit lis per inficiationem, in quibus res ipſa per ſe, quaſi vicem iudicati obtinet, in quibuſque valde odioſum eſt abnuere ſolutionem: & contrà, ſatisfacere fauorabile, quemadmodum in damno iniuria dato, & legatis pijs locis relictis, meritò contingit. Sed in huiuſmodi caſibus illud certum eſt, ſublato errore, adhuc ſupereſſe cauſam quaſi iudicati & impenſiſsimi fauoris, idque haud aliter, in eo quod pro dote, tranſactione, beneficio per errorem ſoluitur, obſeruatur: Sequitur igitur id quod ita ſolutum eſt, repeti non poſſe. Sed hæc quidem de his hactenus. Iam autem, quoniam in ijs, quæ tum ab Imperatore ſub his titulis, tum à nobis dicuntur, ſæpe occurit métio pactorum, pollicitationum, vſurarú, fœnoris, ſolutionis, acceptilationis, & ſimilium:

miliũ:nõ alienũ mihi facturus videor, ſi breues aliquot & dilucidas diſtinctiões proponam, quibus ob oculos conſtituã: primùm modos omnes contrahendę obligationis: deinde cunctas rerum acceſſiones: & poſtremo tandem vias ac rationes oẽs, quibus quæque obligatio diſſolui poſsit. Nã hac ratione (niſi fallor) obtinebo, partim vt ea quæ his libris tracta ta ſunt, clariora fiant & dilucidiora: partim vt ad libros Poſteriorum, in quibus plenam inſtituimus & enucleatam explicationem pactorũ & fœnoris, quaſi via quędam aperiatur.

DE PACTIS ET OMNIBVS MOdis contrahendæ obligationis.

MODI omnes contrahendę obligationis, vel habent cauſam ordinariam, vel extraordinariã. Qui ordinarii ſunt, ſubindè à Iure ciuili ꝓficiſcũtur & ſolẽni, ſubindè à prætorio. Sed habet iterũ ius ciuile duas vias. Nam vnũ gen' obligationũ eſt, ꝙ tacitè cõſtituitur, quodq; quaſi ex cõtractu magis naſci dictum eſt, quàm ex vero contra-

ctu. Alterũ eſt,quod veri & legittimi cõtractus nomen habet, quod quidem vel ob id legittimũ dicitur,quòd in proprium ſuum nomen tranſeat, idque ſiue re conſtituatur obligatio,vt in mutuo,cõmodato,depoſito,pignore:ſiue conſenſu,vt in empto vendito,locato cõducto, ſocietate,mãdato: vel ob id,quòd aut ſtipulatione conſtituatur,aut literis. Nam hoc cõmune eſt omnibus ciuilibus obligationibus,tam ex quaſi contractu, q̃ ex vero contractu naſcentibus,vt vel directè ſint,vel vtiles,aut cõtrariæ. Et ſunt vtiles quidem, quæ in ipſam formulã & conceptionem directæ obligationis nõ cadunt,ſed tamen eandem cum ea rationem habent & naturam. Contrariæ verò,quæ ex poſtfacto ſuboriuntur, de quibus & alias meminimus, cùm de actione commodati,depoſiti, mandati cõtraria diceremus.Prætoriani modi conſtituẽdæ obligationis,vel ſunt taciti, vt cũ inuecta & illata in domum conductã pignori fiunt:vel expreſſi, qui conſtant aut re ipſa,vt cùm quis ob præpoſitũ exercitorem inſtitoremue tenetur, cumq́; de peculio,de iuſſu,de in rem verſo conuenitur:aut contractu, vt cùm ex conſti
tuto

tuto aliquis obligatur, vel iureiurando exhibito. Hij ergo modi omnes faciendæ obligationis, ſunt ordinarij. Qui extraordinariam cauſam habent, alias negotium continent & ſynnalagma, veluti cùm do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias: alias nullum penitus negotiũ, quo caſu geritur res: partim tractatu habito, veluti ſi nudo pacto cõtrahatur: nã nudum pactum id verè eſt, quod in nullam ſuperiorum rationem cadat partim nullo tractatu habito, veluti ſi vel pollicitatio fiat, quę publici Iuris eſt: vel votum, quod diuini: nam pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſsio: partim denique medio quodam modo, veluti ſi ob nudum dictum quis obſtringatur, vel commendationem. Nam ſi quæras quatenus ordinarij contractus obſtringant? ex ijs omnibus certũ eſt, plenã & perfectam obligationem oriri. Quod quidem & ad eos quoque extraordinarios porrigitur, qui ſynnalagma cõtinent, & pollicitationem ac votum, in quibuſdam cauſis. Cæterùm quantum ad commendationẽ attinet, ex ea, regula eſt, nullam oriri actionẽ, niſi fortè vel fraudandi aĩo fiat extra ipſam emptionẽ & venditionẽ

DE ACCESSIONIBVS EORVM QVÆ DEBENTVR.

EORVM quæ debentur acceſsiones, habent originem ſuam aut ab ipſa re quæ debetur,aut à perſona creditoris,aut à perſona debitoris.A re ipſa emergunt tria: Primò fructus,qui vel ſpontanei ſunt & naturales, vel artificiales & labore quæſiti: Secundò acceſſiones,vt cũ fundus alluuione creſcit,& peculioſus fit ſeruus:Tertiò cauſæ,vt cũ res meliorat̃, & ſeruus artibus & diſciplinis imbuit̃. Hæ rei debitæ acceſsiones,quin à re ipſa grandiore melioreúe facta proficiſcãtur,nemo eſt q̃ negare poſsit.A parte creditoris,exoritur id quod eius intereſt, pecuniã ſuo tẽpore ſolutã nõ eſſe,in quo quidẽ ſpectat̃ tũ damnũ emergens,tum lucrum ceſsãs. Sed quia tamẽ id quod debetur, alias incertum,vt de quo apparet,quanti ſit precij, quantiúe æſtimari poſsit: alias incertum, vt de quo id non apparet, veluti ſi iactus retis,exhibitio rei alicuius debeat̃:rectè cõſtitutum eſt,vt in certis, id

quod

quod intereſt, vltra duplum non excreſcat, ne videlicet res in infinitum abeat: in incertis, quoniam dupli non poteſt haberi ratio, id ſpectetur quod reuera intereſt. Ex parte debitoris, duplex naſcitur incrementum, quorum vnum eſt ex vitio, cuiuſmodi eſt mora, vnde propriè exſiſtit illud genus incrementi, quod pœna vocatur: alterum ex gratitudine debitoris, quod vſuræ nomen accepit. Sed eſt vſuræ triplex inſpectio. Naturalis, Ciuilis, & Canonica. Naturaliter certum eſt, non ſolũ non delinquere cũ, qui ſua ſponte mutuum acceptũ, cum fœnore reddit, verùm etiam quod plus eſt piè ſanctéq; facere. Nam hoc ipſum ſatis ſignificat, quod iure ciuili vſuræ per errorẽ ſolutæ repeti nõ poſſunt: quaſi, ſcilicet errore ſemoto, ſupſit cauſa gratitudinis. Sed quo ſãctior eſt vſurarũ ſpõte facta præſtatio, eo deteſtabilior & capitalior eſt earum pactio: nam multa ſunt quæ non inhoneſtè accipiũtur, quæ tamen non niſi turpiter petuntur. Et certè cùm id mercede facere capitale ſit, quod tibi neq; noceat, neque moleſtũ ſit, idque ſecundum ipſam naturalem rationem quæ hoc dictat: vtique manife-
ſtum

ſtum eſt, nihil naturaliter eſſe turpius, quàm fœnus vel vſuram paciſci, quippe quia ponimus illud propriè fœn', quod neque ratione fructum exigitur, neque ratione eius quod intereſt, neque denique ratione moræ, ſed propter ſolam & nudam vſuram. Hæc ergo naturalis vſurarum ratio. Quantum ad ciuilem attinet, ſcire oportet, ius ciuile non ſolùm id ſpectare quod iuſtum & rectum eſt, verùm etiam id quod in populis obtineri poteſt. Sed iam cùm certum ſit, tantam eſſe hominum perfidiam, vt mea ſemper interſit, domi in arca potiùs habere pecuniam quàm alij concedere, cumque ob eam cauſam vix vlli poſsint reperiri, qui mutuum dare velint: non videtur omnino contra ciuilem rationẽ, vt tum nomine eius quod intereſt in genere, (quis enim ſcit quid ſibi poſsit euenire?) tum iuuandi egentis & inuitandi abundantis cauſa: idque accedente naturali ratione, quæ ſuadet, cum acceſſione reddi id quod mutuo acceptum eſt: vt inquam concedatur ad certum modum, ne res infinita fiat, de vſuris conuenire. Sed nos de illo pleniùs diſputabimus in libris Poſteriorum: nam quo ad ius Canoni-

nonicum, nihil dubium eſt, quin eam rationem improbent Pontifices in conuentionalibus vſuris, idque propter ſummam, quam requirunt in Chriſtiana republica, perfectionem, licet de ijs vſuris, quæ ipſo iure competunt, in bonæ fidei iudicijs nihil admodum prohibitum reperiatur. Nunc verò videamus, quibus modis diſſolui poſsit obligatio, de cuius conſtitutione hactenus diſſeruimus, vt & nos quoque ab iſthac obligationum tractatione tandem abſoluamur.

DE MODIS DISSOLVENDÆ OBLIGATIONIS.

Ratio tollendæ obligationis omnis, diuiſa eſt in duas ſpecies, quarum vna eſt naturalis, alia ciuilis. Sed verſatur naturalis diſſolutio, vel circa ipſum contractum, vel circa id quod debetur. Circa contractũ quidem, vt cùm ab vno renunciatio fit eius

eius ſocietatis, mandatiuè, quod ſuſceptum eſt: aut cùm pœnitet eum initæ obligationis, quod quidem non eſt prohibitum in illis contractibus, qui anonymi vulgò dicuntur, ante rem vtrinque perfectam: aut cùm re integra vtrinque partim conſenſu receditur ab eo quod actum eſt: nam nihil tam naturale eſt, quàm vnumquodque diſſolui eo modo quo ligatum eſt: aut denique cùm exſtat illa conditio, in quam concepta eſt diſſolutio negotij contracti. Circa id quod debetur, vertitur naturalis diſſolutio: partim quia totum debitum condonatur, tum expreſſè, tum tacitè per reſtitutionem chirographi: partim quia fit pactum de non petendo: partim quia ſoluitur id quod debetur, vel aliud loco eius, volente creditore. Ciuilis abſolutio debiti, nonnunquam contingit directò, nonnunquam per obliquum. Directè fit acceptilatio, quæ certa verborum conceptione peragitur. Item apocha, quæ literis continetur, licet ſit nonnulla differentia inter eam liberationem, quæ per apocham fit, & eam quæ verbis, ſecundum quod in ſuperioribus eſt expoſitum. Per obliquum

quum procedit ranſfuſio debiti à perſo
na in perſona,vt cùm creditori meo de-
lego meum debitorem, cuius quidem
generis eſt & nouatio,per quam de
vna obligatione in alte-
ram fit tranſla-
tio.

FINIS.

INDEX

INDEX EORVM QVÆ NOVA RATIONE HIS LIBRIS VEL TRActantur vel explicantur.

EX LIBRO PRIMO.

De obligationibus,

TITVLVS.

1 *Tractatum de obligationibus, neque ad actiones tantum pertinere, neque ad res, ſed ad actiones pariter & res, tribus nouis rationibus explicatum.*
2 *Cur de obligationibus potiùs quàm de obligatione titulus ſit compoſitus.*

DE OBLIGATIONIS DEFINITIONE.

1 *Quot ſint formæ definitionum apud Iureconſultos.*

2 Obligationis definitionem primùm conſtare genere & quatuor cauſis, deinde approbatione ciuili.

3 Indoctè quæri ab interpretibus, utrùm ciuilis hic an naturalis obligatio definiatur.

4 Verbum VINCVLVM generis loco eſſe in definitione, & inibi de duobus præcipuis iuris capitibus noua ratio, & item quomodo obligatio alia ſit natura conſtituta, alia factis hominum quotidie conſtituatur.

5 Verbum, IVRIS, pro cauſa efficiente eſſe: QVO NECESSITATE ADSTRINGIMVR, pro forma: ALICVIUS REI pro materia: SOLVENDAE, pro fine, & inibi quomodo precarium obligatio ad antidora & matrimoniũ differant à uera obligatione.

6 Noua interpretatio uerborum, SECVNDVM NOSTRAE CIVITATIS IVRA.

PRIOR DIVISIO OBLIGATIONIS.

